This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

## Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

## About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Digitized by Google

# JOHANNIS NICOLAI

*Antiq. Prof. & Contubern. Tubing. Rectoris*

## TRACTATUS
*DE*

# SIGLIS VETERUM

*OMNIBUS*

ELEGANTIORIS LITERATURÆ
AMATORIBUS UTILISSIMUS,

*In quo continentur*,

QUÆ AD INTERPRETATIONEM NUMISMATUM, INSCRIPTIONUM, JURIS ET FERE OMNIUM ARTIUM REQUIRUNTUR,

*Cujus*

SUBSIDIO FACILE LITERÆ EXPLICARI POSSUNT.



*LUGDUNI BATAVORUM*,

Apud ABRAHAMUM DE SWART,
MDCCIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

VIRIS MUNERUM,

*DOCTRINÆ,*

CONSILIORUM SPLENDORE,

*FAMA,*

UTILITATE CONSPICUIS

QUOTQUOT VEL AD CLAVUM

REIPUBLICÆ

# WIRTTENBERG.

SEDENT

VEL

SACRA MODERANTUR,

VEL

ECCLESIÆ REDITUI

VEL

THEMIDI SACRA FACIUNT

HOC OBSERVANTIÆ SUÆ SPECIMEN
CUM VOTO OMNIGENÆ
PROSPERITATIS

*DAT, DICAT, CONSECRAT*
*VIRTUTUM VESTRARUM*
*ADMIRATOR*

AUTOR.

Digitized by Google

Audet jam ſub tutela & patrocinio Veſtro Viri munerum, doctrinae, conſiliorum ſplendore, fama, utilitate conſpicui in publicam prodire lucem tractatus utiliſsimus de SIGLIS Veterum hactenus deſideratus, cui Veſtra ſplendida nomina praefigere, non erubeſco. Vos enim eſtis, qui mihi ad hunc elaborandum omnibus ſubſidiis praeſto fuiſtis, ut auxilio Dei ad finem perducere potuerim. Quare & Vobis, quod Veſtrum eſt, iterum

rum

Digitized by Google

rum humillime offero ad animi grati ſignificationem dandam, precibus obnixis rogitans, ut ſerena fronte accipiatur, & tunc Veſtra fultus authoritate vigebit, florebit & omnibus gratus erit. Accipite tenue quidem hoc & levidenſe opus, verum ſolo dantis amore aeſtimandum, qui Vobis ut notiſſimus, ita ſemper eſſe gratiſsimus ſolet. Id ſi ardentiſsimis meis precibus impetravero, non habebo quicquam, ut de Veſtra erga me voluntate propenſa dubitem; ſed potius



Digitized by Google

tius mihi dicendum: Obruerint citius ſcelerata oblivia Solem, quam Veſter ex meo corde recedat honos. Valete Viri munerum, doctrinae, conſiliorum, ſplendore, fama, utilitate conſpicui & favere pergite Clienti veſtro. Dabam Tubingae die 4. Mart. 1703.



Digitized by Google

# AD
# LECTOREM
## BENEVOLUM.

*Siglarum notitiam omnibus Eruditis maxime neceſſariam eſſe, qui veterum monumenta explicare, numiſmatum impreſſiones intelligere laborant, nemo facile negabit, niſi elegantioris eruditionis ſit oſor & contemtor. Harum enim notitia eò melius in rem inquirere poteſt & genuinum ſenſum eruere; Quare in ſubſidium ſtudioſorum laborem hunc, ſuaſu ſummorum virorum in me ſuſcepi, ſuſceptum elaboravi & nunc Tibi Benevole Lector publice ſiſto, ſpe firma nixus, fore, ut inde literatus orbis magnum commodum hauriat. Haut ignoro, me omnes Siglas, quæ in orbe reperiuntur, non annotaſſe; interim tamen ordinem & methodum oſtendi,*

Digitized by Google

*ſtendi, quomodo hæ, ſi quæ in itinere occurrant, ſint ſupplendæ. Hoc tamen ſcio, me plurimas, quarum auxilio cæteræ facile intelligi poterunt, enucleaſſe. Ex his itaque judicabis Lector curioſe, meum conatum & amorem erga eos, qui elegantiora ſtudia amore proſequi affectant. Accipe igitur benevole has Siglas, lege ac relege & reperies laborem meum non fruſtraneum fuiſſe. Vale in Domino, cui Te omneſque fautores commendo.*



Digitized by Google

*VIRO CLARISSIMO*

*Priſca virtute & Doctrina Præcellenti*

# D^o. JOANNI NICOLAI.

Profeſſori Honorario in inclyta Studiorum Univerſitate Tubingenſi, & Contubernii ibidem Rectori

*Amico & Fautori æſtimatiſſimo*

*S. P. D.*

## JOANNES ULRICUS PREGIZER D.

Sereniſſ. Wirtenbergiæ Ducis Conſiliarius & Dicaſterii Aulici Aſſeſſor.

UTi veriſſimum eſt quod proverbii loco dudum invaluit: *Moribus antiquis ſtat res Romana Viriſque.*

*Ita tunc optime cum republica literaria agitur, ſi principia illius & fundamenta ab antiquitate, tanquam firmiſſima baſi petuntur, & ſtabiliuntur. Habent equidem literarum Studia, omneſque ſcientiæ & artes, uti aliæ res humanæ, cum primo ortu ſua incrementa & progreſſus, quibus ad ſummum culmen hodie perveniſſe videntur: in ipſa tamen perfectione ſua non ita remota ſunt, aut ſeparari poſſunt à radice illa & velut matre ſua, quin ſubinde hanc reſpiciant, & primum ſanguinem & vitalem ſuccum ab illa hauriant, quamcunque ætatem ferant. Et manet ſane in omnibus, etiam ſi religionem, & fidem reſpicimus, veneranda antiquitas. Melius equidem Germania hodie ſecreta literarum intelligit quam Taciti ævo, certans de principatu harundem cum aliis Europæ Provinciis: ſi quid tamen ſolide in his proficere, & dignum luce in populos & gentes mittere cupit, Latium vetus accedit, & priſcos Quirites conſulit, & ab ipſa Auguſti ætate robur doctrinæ mutuatur. Ipſa autem illa rerum Domina & Caput olim Mundi Roma leges ſuas & nativam literarum elegantiam a Græcia petit: & Sapientiam Græcia ex Ægypto haurit, & in Perſis aliquid, quod ingenium ſuum ſuperet, invenit. Omnes autem denique ad Chaldæos & Hebræos recurrunt & ex hoc primævo fonte literarum, & quicquid hic divina ac humana notitia tradi poteſt, rivos deducunt.*



Digitized by Google

*Et hac ſunt illa Initiorum Sacra, quibus qui imbutus non eſt, haud bene nomen in literis profitetur, & illotis manibus diſciplinarum arcana & Studia tractat, imo conſpurcat. Harendum equidem unice in principiis non eſt, ſed ſemper plus ultra tendendum, & ridetur merito qui inventis frugibus glandibus veſci vellet: debetur itaque & noviter inventis ſuum pretium, quorum conſtat uſus: & dandum eſt interdum aliquid genio Seculi, qui ſape mutatur, quandoque etiam, & licet raro, in melius. At, quia*

*Nil ſine prudenti fecit ratione vetuſtas*

*nihil etiam hujus ignorandum eſt penitus: & blandiuntur multa ſape ſub ſpecie novitatis, qua pleriſque fere magis arridet, cum antiqua magit ſint, ſi recte inquiras. Fallunt etiam haud pauci imagine quadam & larva ſuperficiaria cujuſdam & incruſtata doctrina, qua tantum a ſolida differt, quantum diſtant ara lupinis. Quiſquis igitur prodeſſe literas docendo aliis cupit, & ad vera doctrina ac genuina prudentia habitum adſpirat, antiquitatis reſeret theſauros, & prima cum mediis ac noviſſimis ſcite conjungat, & dextrè invicem diſcernat. Quod dum ſingulari induſtria facis,* amiciſſime Nicolai, *gratulor creſcenti tuis ſtudiis rei literaria, cui promovenda tot praclaros ingenii fœtus hactenus edis, inter quos libellus hic de SIGLIS Veterum ſuo merito recenſendus, dignus antiquitatis calculo & elogio praſentis ævi, cui facem praſert ad illuſtrandam multarum rerum ſcitu neceſſariarum & utilium notitiam. Gratulor etiam Tibi collatam nuper gratia Sereniſſimi Principis EBERHARDI LUDOVICI Wirtenbergia Ducis, in antiqua Studiorum Univerſitate Tubingenſi Profeſſionem Honorariam, cui priſcum illud FELICITER acclamo. Addat DEUS muneri huic perpetuitatem. Perſtet immortale, & Cedro par, EBERHARDI Barbati opus, inclyta Muſarum ſedes, cui ſub ipſa Fundationis initia primus Rector Joannes Nauclerus Wirtenbergia Solon, fons, & origo Schola, antiquitatis ſtudia inſecutis Ordinationibus Academicis inter diſciplinam & rationes ſtudiorum ſapius firmata & inculcata, intulit: reſtauravit eadem e propinquo dictator literarum Joannes Reuchlinus vir trium linguarum peritiſſimus: obſervavit Germania Praceptor Philippus Melanchthon, ipſe cum Joachimo Camerario incomparabile Academia Tubingenſis decus: continuarunt eadem poſt alios, quibus ſilentium meum non obeſt, viros Celeberrimos Nicodemus Friſchlinus & Martinus Cruſius; commendavit tantopere alter Nauclerus Thomas Lanſius: propagarunt feliciter Rauſcherus & Caldenbachius, qui lampada Röſſlero & Newio ſucceſſoribus tradiderunt. Hos inter incedens, doctiſſime Nicolai,*

Digitized by Google

*colai, fac paria his; & eſto Tubingæ, quod fuit quondam Profeſſor Humanitatis Flayderus, Sal Muſarum Danieli Heinſio dictus: Infer tecum Contubernio Burſæ, primæ Univerſitatis poſt ipſam fundationem acceſſioni, & augmento, (unde tot nobiliſſima ingenia & ipſe Illuſtris Chriſtophorus Forſtnerus quoque prodierunt) pro flagrantiſſima olim Realium & Nominalium Secta Studia elegantiora, ut per te quoque hæc ſpiritum & ſanguinem recipiant, in ſpem priſtini vigoris. Ita cum Muſis tuis Vale & perenna. Scribebam Stutgardiæ die Januarii Anno Salutis* MDCCII.

*VIRO CLARISSIMO ET DOCTISSIMO*

# D^o. JOHANNI NICOLAI.

Profeſſori in Academia Tubingenſi Honorario
& Contubernii Ducalis Rectori,
Amico ſuo,

*S. P. D.*

## JOH. PHILIPPUS DATT.

*Seren. Wurtemberg. Duc. Conſiliarius.*

FUit illa quondam, literis iterum renaſcentibus, priorum temporum infelicitas, ut magni etiam homines, cum vel arti Criticæ, vel priſci ævi antiquitatibus indagandis, ex ſeculi genio, ſe totos addicerent, vano & inutili labore, hoc unum agerent, ut nihil agerent; & Latine dicentes, ne quidem intelligeret Numa Senex, niſi divinantis Egeriæ conſuleret vaticinia. Cui enim bono, inter iſtos homines, ſuperbo & triſti ſupercilio, diſquiſitum: *quis meretriciis Titulis color? ubi ſacrum urinarium, quo Patres conſcripti veſicam exonerarent? quot fibulis ſtaret veſtis? quot gradibus Tutela conſcenderent?* (*a*) vel quod Scriptor quidam recentior (*b*) de antiquitate *Faſularum urbis aſſeruit*, an *in ea Spiritus Sancti Miſſam audiverit L. Catilina?* Qualia quidem ſcire Reipublicæ literariæ tam parum intereſt, quàm otioſas ſolvi quæſtiones, de quibus Chærephontem

(*a*) Barclaj. in Euphorm. part. 1.
(*b*) apud Forſtner. in præfat.



tem

tem in *Ariſtophanis* (c) Comœdia interrogabat Socrates: *quot pedes ſaltaret pulex? & an ore, an ventre ſonum culices ederent?* Succeſſit huic malo crudelior peſtis, quod antiquitatis, ſive ſacræ, ſive forenſis, omne ſtudium, cujus tamen, ſi ſobrie tractetur, per omnem eruditionem ſe diffundit utilitas, velut *Vere Sacro* prognatum eſſet, finibus omnium fere Academiarum, ætate noſtra, expulimus. Quis enim non hodie ad Scientiarum, quæ practicæ vocantur, ſacra, manibus velut illotis accedit? Quis inter eos, qui Juri operam navant, de Fori Romani Hiſtoria, vel aliis Juriſprudentiæ noſtræ fontibus, aut adminiculis, eſt ſollicitus? Tu ergo rectius, Vir Doctiſſime, quod in altioris uſum ſcientiæ, priſcos mores, & quicquid in antiquitate, Hebræa, Græca, Romana, pulchrum & in Sacra, aut profana, reconditum eſt, velut a veterno iterum excitas. Debet hanc Tibi gloriam Tubinga noſtra, quæ, cum Viris in omnium Scientiarum genere Doctiſſimis floreat, ad illum literariæ gloriæ cumulum, hanc etiam, per cultiſſima opuſcula Tua, reparatæ antiquitatis lauream addit. Debet Tibi, Germania noſtra, profundiſſimæ hoc in ſtudio, Doctrinæ, de Siglis, librum, multiplici ſuaviorum literarum mixtura plenum, quem prono favore Reſpublica literaria ſuſcipiet; cui, ut collatam Tibi ex merito *Profeſſoris Honorarii* Dignitatem, Deus T. O. M. fauſtam & ſalutarem eſſe jubeat, ex animo precor! Ita vale, & ut ſoles, me amare perge. Scribebam Stutgardiæ 4. Januar. 1702.

ad libr. 1. annal. Taciti. (c) in Nubib. act. 1. Scen. 2.



Digitized by Google

AB ACAD. TUBING.

*VIRO EXCELLENTISSIMO,*

# D^N. JOHANNI NICOLAI

Antiquitatis Literar. Inquiſitori Laborioſiſſimo, in Academiâ Tubing. Contubernii Rectori, edenti librum

DE

# SIGLIS VETERUM

*APPLAUDIT*

*Michaël Müller SS. Theol. D. Prof. Controv. & Academia Tubingenſis Cancellarius.*

CUm fama Tui Nominis ex editis in Belgio Tractatibus, juſtiſque libris orbi literario feliciter ſe inſinuaret, ad noſtram quoque Würtembergiam & Illuſtres illius Literarum Præſides ea tranſiit, ex quibus Stuttgardiæ aliquot ante menſes, ibi tunc negotiorum quorundam cauſâ hærens, & ſpecimina illa mentis eruditæ perluſtrans percepi equidem brevi Te eò venturum eſſe, ſed ob maturatum ad Academica officia iter, non licuit mihi tunc affatum tuum & colloquium eruditum expectare. Cum verò poſtea ita gratus acceptuſque fueris Academiæ Eberhardinæ Dominis Commiſſariis Ducalibus, ut non dubitaverint, Recturæ Officio in Antiquiſſimo Studioſorum Contubernio TE præficere, ſufficiens mihi exinde ſubnata eſt occaſio Tecum & ſæpius colloquendi, & ſtudia illa in Antiquitate literaria in TE deprehenſa approbandi, quin &, ut in conſcribendo hoc ipſo de *Siglis Veterum* commentario ſtrenuè pergeres, amanter cohortandi; ut nempè ad alias egregias Tuas meditationes, auſuſque præteritis majores, non ſine famæ laudatiſſimæ incremento vel tandem progredi detur. Perluſtravi hunc ipſum de *Siglis* Veterum tractatum, fateor uno eodemque in conſpectu, tantam Siglarum copiam diverſarum Nationum Linguarum, Collegiorum, Artificum, militum &c. me nunquam legiſſe; Sparſas

in libris diverſas per occaſiones Siglas deprehendimus, inſcriptis Græcorum, Hebræorum, Romanorum, Ægyptiorum &c. Tua verò inſuperabilis diligentia unâ quaſi tabulâ omnes nobis proponit, pulcherrimâ œconomia diſtributas & ex optimis, iiſque rarioribus authoribus collectas, ut nempe & in Legibus Rom. Interpretandis, & in veteri militiâ cognoſcendâ, variiſque Lapidibus explicandis, quin & rerum ponderibus & menſuris eruendis offendicula hiſtoriæ, illius Studioſis ſine laborioſa inquiſitione è medio tollerentur. Labor certè Laudatiſſimus; cujus Te nunquam pœnitebit, ſi aliorum eodem in ſtudio paria Tecum facientium, encomia, tantô labore coëmpta ſuo tempore intelliges. Interea & ego Tibi ex animo gratulor, de partu ingenii & induſtriæ æternitati deſtinato. Si porrò ſedulæ apis ingenium exprimes, quod per hanc æſtatem apud nos cœpiſti, varii generis mella ex tuâ ſedulitate poſteritas colliget. Sic vale, Vir Optime, & quod facis, mihi porrò favere perge. Exarabam Tub. die 3 Dec. A.C. 1701.

## *AD CLARISSIMUM*

# D^N. NICOLAI

## De Notis Veterum Compendiariis Meditantem.

*SCribendi Veterum Morem, quo litera verbum eſt, rimaris doctè, ſed & argumenta dediſti plura, quibus junxiſti antiqua novis: Moderator exemplo Noſtris ſcrutandi priſca futurus, qui modò ſectantur nova, quæ Schola murmura jactat.*

MICHAEL FÖRTSCH
*D. Prof. Th. Ord. Decan. Eccleſ. Superint. Stipend. Senior.*

Qui dudum antiquas voluiſti pandere Muſas,
Et veteres Orbi commemorare lares,
Nunc tandem lauro dignos exprome labores,
Et famam ſcriptis perge parare Tuis,

Nec

Digitized by Google

Nec tibi ſufficiat nomen laudeſque mereri,
Fama niſi doctum Te probet eſſe Virum.

*Præclariſſimo Domino Autori*
*lubens meritóque appoſuit*

JOH. CHRISTOPH. PFAFF.
*D. P. P. & Ducalis Stipendii*
*Superattendens.*

## *AD EGREGII DE* SIGLIS *COMMENTARII*

## *Auctorem Famigeratiſſimum,*

# D. JO. NICOLAI,

## in Academia Tübingenſi Profeſſorem Honorarium, & Contubernii Rectorem

## *ADLOCUTIO*

## ANDREÆ ADAMI HOCHSTETTERI,

### S. Theologiæ & Philoſ. Practicæ Profeſſoris.

*Cognoviſti, niſi fallor, perſpectumque jam ſatis habes, NICOLAI Celeberrime, quo in meliores, quas profiteris ornaſque, literas animo cultuque ſim; eo ſcilicet, qui & cupiat vehementer, & adnitatur pro virili, ut ſalva nobis earum dignitas maneat, & luculentis uſque incrementis acceſſibuſque locupletetur. Nam, quum non pauci hodie ſunt, qui cum aut ſacris literis ſeſe dediderunt, aut Jus Civile ſunt amplexi, aut Medicos ac Philoſophos audiunt, literarum ſibi liberalem cognitionem non modo non neceſſariam, ſed inutilem potius inſtituto ſuo arbitrantur; eximendus utique ex animis diſcentium error tam capitalis eſt, ne pejor, ac olim regnavit, barbaries noſtram, ſi qua erit, ætatem conſequatur. Experti ſuo malo Majores noſtri ſunt, lapſantibus, dominantis Cleri Romanenſis ſive inertia, ſive improbitate, pulſiſque demum literis, ſacra quoque ac res divinas negligentius coli, immo priſcam pietatem in cerimonias, extravagationes, gloſſas Δευτερώτων, fabulas denique ac nugas commutari. Relegata ſimul, ut nugari diſceret,*

ret, *Juventus ad perſonatos quoſdam Profeſſores*, γάλλους μᾶλλον ἢ φιλοσόφους, *atque ab his ad Ariſtotelem, non Græcum illum, ſed Latine ſic redditum, ut Sibyllæ etiam furentis conjecturas exerceret. In quales quidem bullatos, quos vocat, Magiſtros incidiſſe ſe, ab iiſque per ſex perpetuos pene annos detritum fuiſſe Philippus Melanchton, Germaniæ Præceptor, ac nobilis ſcholæ hujus Lumen*, Oratione de Corrigendis Studiis *conqueritur; qui tamen illis e tenebris feliciter ſe emerſit, & hunc Academiæ Tubingenſi honorem perpetuum fuiſſe aſſerit, cui numquam defuerint, qui male precati ſint nugis, & recuperatorio Judicio cauſſam literarum aut conſervarint integram, aut labaſcentem reſtituerint. In his laudat ignotum pleriſque noſtratium Franciſcum Stadianum, qui in Suevis Tybinga conatus omnia pro virili ſit, uti artium elementa injuriis Barbarorum liberentur. Quem ſequuti deinceps plurimi ſunt, ſed plerique jam alibi ex merito laudati. Igitur eos recenſebo impræſentiarum, quorum quidem nomina paucis conſtant, commendari tamen ac protrahi in lucem penitus merentur. Illos puta literarum Anteſignanos Joannem & Alexandrum Braſſicanos, Jacobum Henrichmannum, Sigiſmundum Lupulum; Matthiam Garbitium, Illyricum: Heſiodi Commentatorem inſignem ac rarum; & qui Civilis quoque Philoſophiæ amplitudinem ac fundamenta perſpexit non ſolum, ſed &, quum plerique alii de undecim virtutibus otioſè diſputarent, interiores Vitæ ſocialis rationes ac vera Moralium diſciplinarum Principia Auditoribus inſtillavit; Melchiorem item Volmarium, Rotvilenſem, Bezæ magnopere laudatum: Michaëlem Toxiten, & Jo. Seccervitium, quorum monimenta ut conquirenda ab aliis eſſe puto, ſic quæ mihi ſuperſunt, magni æſtimo & vehementer admiror. Hi teſtes nobis ſunto, & cum iis Viri plures Clariſſimi, numquam ſepultas heic literas jacuiſſe; & horum, quique eos anteceſſerant, induſtria factum eſt, ut Academia Wirtembergica cæteris fere doctior, & in Chriſtiana quoque Fidei doctrinis purior exiſteret, atque ab ſuperſtitionibus, inuſitato per iſta tempora exemplo, abhorreret. Habuit ea è Theologis Paulum Scriptoris, ex ordine Minorum, qui cum Scotum heic prælegeret, Tranſſubſtantiationem negavit, omniaque ſolo DEI verbo, veluti Lydio lapide probanda, cætera erronea eſſe adſeveravit. Idem & inſtantem Religionis mutationem prædixit. Habuimus Cunradum Summenhardum, cujus de Contractibus Decimiſque Liber in Galliis nitidiſſime recudi meruit. Extat ejuſdem ad Monachos Libellus, in quo ſuimet ſodales ordinis Idololatras ventriſque ſervos adpellavit. Fuit etiam cæteris ævi ſui ſcriptoribus melior Gabriel Biel Hoſtis Indulgentiarum,*

ac

*ac Miſſa parum favens. Pauci demum de Cive noſtro Michaele Coccinio gloriari norunt, qui tamen rerum Italicarum hiſtoriam condidit, & in Ducatu Mutinenſi Cancellarium egit, ac ad Hiſtoriam Conradini a nobis eſt obiter commendatus. Felicem ergo ſcholam Tubingenſem, Divino providente Numine ſervatam, ac Sereniſſimorum Wirtembergiæ DUCUM, atque in his moderni præprimis Nutritii, Sereniſſimi EBERHARDI LUDOVICI, munificentia mirificè auctam. Cujus Maximi Clementiſſimique Principis benignitatem experiuntur Cives, exteri ſtupent, ac dignis poſteritati elogiis commendant. In quibus percenſendus mihi eſt, quoniam ab ejus Lectione ſum recens Helmaſtadienſis Academiæ Profeſſor Celeberrimus, Jo. Werlhofius, elegantiſſima de Grotiano opere Diſſertatione, publicis ejuſdem ventilationibus nuper præmiſſa, & ſolenni HERI noſtri encomio exornata. Felicem ergo etiam TE, NICOLAI Doctiſſime, tanta qui gratia ex voto affatimque frueris: & poſt edita diffuſæ pulcerrimæque doctrinæ monimenta præſens de SIGLIS opus emittis in publicum; quod uti jam abſoluti, partimque adfecti de calcaribus, torquibuſque libri, & neceſſaria Guilielmo Zeppero additamenta propediem ſequantur, ex animo precor. Quod vero reliquum eſt, opto uti valeas, & quod conſequutus nuper es Honorarii inter nos Profeſſoris Decus proſperrimis undecunque ſucceſſibus augeas atque confirmes. Scripſi Tubingæ KL. Februar.* MDCCII

Quid Veterum *Sigla*, quaſi ſigna ſigillaque ſignent,
  Rem raram raro ſignificas calamo;
Floribus è raris hoc delectabile lectum
  Mel, ſi libetur, quis, cui non ſapiet?
Unde bonis Cœptis ſi perges addere *Calcar*,
  *Torques* ex auro pectora cincta dabit,
*Annulus* & digiti gemmæ fulgore micabit,
  Vel *Chirothecis* tectus, aget radios:
Aſt *Sacra* ſi edideris, quæ jam meditaris amanter,
  Immortale tibi conciliato Decus.
*Condona*, *En*, *Paradi*: *Mi mi*, *Sitio* quoque, *Con*: *Spi*:
  Vox ſacra ſeptuplici de Cruce facta vice;
*Sol*, *Velum*, *Tellus*, *Petra*, *Buſta*, *Decurio*, *Sanguis*
  Edita poſt Chriſti tot quoque Mira Necem,
Sunt quæ ſi tractes tanquam ſeptem Ultima Chriſti
  Nomen Avitorum perpete laude geres.

Imponet capiti *Diadema* Eccleſia Chriſti;
Nomen erit ſcriptum Cœli & ab Axe tuum.
DIſtIChon hoC Maneat nICoLaI ſana MeDeLa,
HanC & habeto rataM TER benedICta TrIas.

*Hæc in honorem Excellentiſſimi Domini*
*Nicolai ſubjicere voluit*
*Sereniſſimi Ducis Wirtembergici*
*Antiquarius & Profeſſor Mathem.*
JOHANNES SCHUCCARDUS
*Æra SaCra MeDICIna.*

De SIGLIS Variis prolixam congeris artem,
*In manibus DOMINI * ſint tua Signa precor!*
* Eſ. c. 49. ℣. 16.

ITà *Nobiliſſimo Domino Authori, Fautori ſuo honoratiſſimo, Suaviſſimoque, gratulabundus acclamat. Tubingæ, ipsô die Nicolai.* 1701.
Univerſitatis Secretarius.
JACOBUS ESSICH.

*PRÆCLARISSIMO VIRO*

# D^N. JOHANNI NICOLAI

Profeſſori in almâ Eberhardina Publico.

*Sal. Pl.*

JOHANN FRIDERICUS HOCHSTETTER

*D. Sereniſſ. Wyrtemb. Duci à Concionib. Confeſſ. & Conſil. Eccleſ. ut & Præpoſitus Herprechtinus.*

Conſecutus es haud ita pridem, Deo benè fortunante, quod & eruditio tua dudum meruiſſe, & amicorum gratulatio-

Digitized by Google

tiones haud inani omine augurari viſæ ſunt. Eam intelligo orationem, quâ ante hoc ſemeſtre in Univerſitate noſtra Tubingenſi Profeſſio literaturæ abſtruſioris tuæ Curæ demandata fuit.

Nimirum hoc præcipuum erat, quod deeſſe Tuis Muſis videbatur, ut civitate alicubi donatæ tanto majori cum ſucceſſu operi dehinc inſiſterent pergerentque elucubrare & proferre ea, quæ & raritate ſe commendant, &, quam haud poſtremò intendis, pietate.

Itaque incertum, utrum hoc majori Tuo commodo & bono factum, an uberius abs Te ornamentum exſpectare alma noſtra Eberhardina debeat. Ego, quod in me eſt, utrique gratulor, dumque modò novum de Sigillis ſcriptum poſt multa alia in lucem profers publicam, non modò inde argumentum capio Tuæ diligentiæ, ſed & ſpero fore, ut cum ad univerſam Rem literariam tum vel maximè Academiam noſtram Tub: Matrem Studiorum optimam fructus exoptatiſſimi per Te redeant, ita quidem, ut Muſarum conſecranei qui ſunt, Tuo exemplo animati ea conſectentur ſtudia, quæ & Tibi multum profuerunt, & ipſorum pariter inſtituto inſigne adminiculum afferre poſſunt. Ita ex voto Vale, meique memor vive. Exarab. Stutgardiæ 18. Januar. 1702.

*Ævi dum veteris theſauros arte recludis,*
*Et Siglas docto diſcutis ingenio:*
*Roma quibus toto quondam ſe monſtrat in Orbe:*
*Et Sapiens Hellas gentibus increbuit,*
*Hebræuſque animi ſenſus ſignavit acutè:*
*Et Tabulis legum robora Teuto dedit.*
*Ipſum Te prodis his inclytus undique notis:*
*Et Nomen Faſtis imprimis inde tuum:*
*Quod populi celebrant queis cura cana vetuſtas,*
*Interiore ſinu qua tulit omne Sophos.*
*Sic lucem accendens aliis, illuſtrior inſtas*
*Deque tuis meritis fama loquetur anus.*

*AD CLARISSIMUM VIRUM*

# D^N. NICOLAUM.

Comment. de SIGLIS Auctorem.

*Amicum Veterem.*

Non opus eſt multis animum diſtendere verbis,
  Florida vel laudi nectere ſerta tua.
Quis neſcit ſcio Te condere Scripta nepoti,
  Qui TUA, CEU VETERES TU, MONUMENTA LEGET.

*Scripſit proſpera quævis adprecatus*

D. HEDINGER.

INDEX

Digitized by Google

# INDEX
# CAPITUM
## HUJUS TRACT. DE SIGLIS VETERUM.


| Cap. | | Pag. |
|---|---|---|
| I. | DE *Etymologia & deſcriptione Siglarum.* | 3 |
| II. | *De diſcrimine Siglarum & Notarum.* | 5 |
| III. | *De Arte & Origine ſcribendi per Notas.* | 10 |
| IV. | *De Arte & Origine ſcribendi per Siglas apud Hebræos.* | 16 |
| V. | *De Arte ſcribendi per Siglas Græcorum.* | 21 |
| VI. | *De Arte ſcribendi per Siglas Latinis uſitatiſſima.* | 23 |
| VII. | *De Siglarum vel Notarum uſu.* | 43 |
| VIII. | *De Aliis ſcribendi & ſignificandi generibus per Notas & membra corporis variorum populorum.* | 46 |
| IX. | *De Uſu Siglarum Publicarum in Prænominibus, Legibus & plebiſcitis.* | 50 |
| X. | *De Uſu Siglarum Publicarum in Edictis & Actionibus.* | 53 |
| XI. | *De Siglis Judiciariis.* | 58 |
| XII. | *De Siglis Juris Conſultorum.* | 61 |
| XIII. | *De Siglis Medicorum.* | 77 |
| XIV. | *De Siglis Magicis.* | 85 |
| XV. | *De Siglis Philoſophicis & quidem Arithmeticis.* | 89 |
| XVI. | *De Siglis & Notis Zifrarum der Zahlen.* | 99 |
| XVII. | *De Siglis & Notis Grammaticis & Aſtronom.* | 103 |
| XVIII. | *De Siglis Muſicis & Notis.* | 105 |
| XIX. | *De Siglis in Faſtis Romanorum.* | 114 |
| XX. | *De Siglis Officiorum publicorum & Tribuum Rom.* | 118 |
| XXI. | *De Siglis Numiſmatum.* | 121 |
| XXII. | *De Siglis Numiſmatum Romanorum uſque ad noſtra tempora.* | 147 |
| XXIII. | *De Græcorum Siglis Numiſmatum.* | 158 |
| XXIV. | *De Siglis & Notis Ponderum & Menſurarum.* | 166 |
| XXV. | *De Siglis & Notis Servorum & Malitioſorum hominum.* | 176 |
| XXVI. | *De Siglis & Notis Militaribus.* | 179 |
| XXVII. | *De Siglis Teſſerarum & Sortium.* | 190 |

XXVIII. *De Siglis, Publicis Locis Inſcriptis & quidem Templis &c.* 199
XXIX. *De Siglis in publicis Viis.* 204
XXX. *De Siglis in pontibus, portis, muris, ripis, thermis, arcubus Triumphalibus & carceribus obſervatis.* 208
XXXI. *De Siglis privatis & quidem ſepulchralibus.* 215
XXXII. *De Siglis Sepulchralibus Chriſtianis uſitatis.* 244
XXXIII. *De Siglis Urnarum & Ollarum Sepulchralium.* 253
XXXIV. *De Siglis Ararum Sepulchralium & Cipporum.* 258
XXXV. *De Siglis Epiſtolicis.* 265
XXXVI. *De Siglis Statuarum, publicarum & privatarum.* 269
XXXVII. *De Siglis privatis Oeconomicis & quidem Ædium, Muſeorum, Pavimentorum, Vinearum, Hortorum.* 278
XXXVIII. *De Siglis Veſtium.* 281
XXXIX. *De Siglis Calceorum.* 284
XL. *De Siglis Supellectilibus.* 286
XLI. *De Siglis Artificum Opificumque.* 288
XLII. *De Siglis Lucernarum.* 290
XLIII. *De Siglis Annulorum.* 293
XLIV. *De Siglis Clavium & Serarum.* 299
XLV. *De Siglis Cellarum.* 304
XLVII. *De Mercatorum & Opificum Siglis.* 308
XLVIII. *De Sigla iſta qua Judai notantur & Literis Alphabeticis Moneta Gallorum inciſis.* 309
XLIX. *De Siglis & Notis pecudum.* 311

IN

*IN NOMINE JESU.*

# TRACTATIO
## DE
# SIGLIS VETERUM.

## Prologus.

Inter cætera humanitatis ſtudia, Lectores Benevoli, à multis illud eximium eſt habitum, quod ad venerandæ Antiquitatis ſtudium duceret, Siglarum uſus & notitia. In hac etenim non leve ſpargit jubar priſca Sapientia. Sine harum cognitione plurima in re literaria ignorantur, neque legi ſatis neque intelligi poſſunt. Quis enim in re antiquaria numiſmatum, inſcriptionum, aliarumque rerum felices ſucceſſus habebit, nî prius benè in notulis ſeu *Siglis* inſtructus, rem aggrediatur? Careat verò licet nunquam ſuis invidis; ſunt tamen ſemper, qui eandem laudibus extollunt, ſapientes, qui cum ſummo illo rerum omnium judice *Ariſtotele Metaphyſ.* I. *c.* 3. ſtatuant, honorabiliſſimum eſſe, quod antiquiſſimum. Inter hos non ad infima ſubſellia colloco Te, vir Excellentiſſime *Herti*, qui non ſolùm in Jure, ſed etiam in elegantiori literatura, ad ſummum honoris culmen adſcendiſti. Pauci ferè hoc tempore reperiuntur, qui hoc genus ſtudiorum utiliſ-

ſimum magni æſtiment, cum tamen omnes, qui nomen eruditi habere deſiderant, hac in re exercitati eſſe debeant; hinc, ut rei literariæ ſubſidio eſſes, omnem moves lapidem, ea proponere laboras, unde commodum maximum ſtudioſa Juventus haurire poſſit. Cum itaque paucis ab hinc menſibus, cum in Academia Giſſenſi famigeratiſſima degerem, quæſtionem moveres de Siglis Veterum, & anxie deſiderares, ut de hac materia abſtruſa, attamen utiliſſima, quædam literis traderem, facile conjecturare poteram, hanc materiam maximo uſui Eruditis fore; Quare mente volvi revolvique, diuque dubius fui an tentarem hoc, laboremque hunc humeris meis imponerem. Tandem multis argumentis convictus, mecum conſtitui, quædam de hac materia utiliſſima in medium proferre & prælo committere. Cum porrò ad hanc elaborandam materiam multa ſubſidia requirantur, conſilium inii cum Viris in hac literatura doctiſſimis Domino *Dathio* & *Pregi Zero Conſiliariis* Serenissimi Ducis Wurtenbergensis, Domini mei clementiſſimi, fideliſſimis, qui conatui meo ſtimulum quaſi addiderunt, & inſtigarunt, ut rem aggrederer. Voluntas quidem aderat, ſed ſubſidia ad rem peragendam deerant, cum deſtitutus libris meis, *Stutgardiæ* vitam agerem: Ne itaque mihi remora injiceretur, juſſu & mandato Illuſtris *de Rhüle* Patroni mei ſumma devotione æternùm venerandi factum, ut Bibliotheca inſtructiſſima mihi à viro humanitate ſingulari prædito Domino *Secretario Zweifelio* aperiretur, ex qua, quæ ad ſcopum meum pertinerent, ut depromerem. Huic acceſſit vir *Excell. Dominus Johannes Schuckardus Mathemat. Profeſſ. famigeratiſſimus, Fautor meus certiſſimus*, qui ex *Cimeliarchio Stutgardiano* non ſolùm Antiquitatum Scriptores, ſed & numiſmata communicavit. Horum itaque Patronorum autoritate ſuffultus rem aggreſſus & bono cum Deo intra menſtruum abſolvi tractatum de Siglis, quem ut benevolis oculis B. Lector aſpiciat & legat, eſt quod ardentiſſime rogo.

Ca-

# CAPUT I.

## *De Etymologia & deſcriptione Siglarum.*

§. I. Quod ad Etymologiam SIGLARUM attinet, non diu anxii erimus in evolvenda hac, cum facile pateat, unde dicantur. SIGLA vel SIGLÆ igitur per ſync. pro *Sigilla*, ſubintellige literæ, memorantur in *Papia* Gloſſario. Unde *Feſtus*: SIGLÆ erant literæ, ſed ſingulæ vel binæ. Cui adſtipulatur *Carol. du Freſne in Gloſſario, fol. m.* 857. *edit. Francofurt.* his verbis: SIGLÆ ſingulariæ literæ ſic dictæ, quod ſingulæ verbum componant. Calculum album adjicit autor Lexici Juridici ex *Briſſonio*, *Hotomano* aliiſque compoſito, qui *pag.* 937. ita diſſerit: SIGLÆ ſunt ſingulariæ literæ. conf. *Erneſt. Salom. Cyprian. diſſert. de Siglis edit. Helmſtad.* Veriſſima eſt ſententia *Petri Gregorii Toloſ. lib.* 16. *de Republ. c.* 1. §. 6. aſſerentis: SIGLA Latinum eſſe vocabulum contractum ex Sigillo, quaſi dicas; SIGLUM, parvum Sigillum: quemadmodum enim Sigillum eſt parva icuncula, ſeu nota, qua literas obſignamus; ita SIGLUM eſt nota, qua intelligitur, plus eſſe intelligendum, quàm expreſsè ad longum, ut dicunt, ſcriptum.

§. II. Obſervandum autem hoc loco venit, quod vocabulum SIGLA interdum etiam ſignificet *Velum* à Saxonibus Seyſch dictum; unde *Siglare* eſt, plenis velis navigare. Gall. *Singler*. Nangius in *S. Ludovico an.* 1269. —— *die Jovis ſubſequente cum vento ſatis proſpero ſiglaverunt.* Deinde SIGLA quoque notat *monile*. *S. Bonifacius epiſt.* 100. ita ſcribit; De auro verò & argento quod dedit *Regenthrich* filia *Athoalphi* ad Eccleſias noſtras duas armillas aureas & quinque SIGLAS AUREAS i. e. monilia. Verum hæ *Siglarum* ſignificationes non ad ſcopum noſtrum pertinent.

§. III. SIGLÆ itaque dicebantur compendia literarum, cum una vel duæ literæ pro integra voce pluribus literis conſtante ponerentur. Hinc *Barnabas Briſſonius in ſupremo Sena-*



Digitized by Google

*tu Pariſienſi præſes lib. de verborum ſignificatione edit. Pariſ.* 1596. *fol.* 596. ita de *Siglis* diſſerit: Sigla in epiſt. ad Pandectarum conſarcinatores vocantur Sigilla, i. e. parva ſigna, quæ Græcis σημεῖα, Latinis Notæ, quibus in legibus publicis Pontificum monumentis, Juriſque Civilis libris ſcribendis uſos fuiſſe veteres oſtendit *Valer. Probus. Nota* autem *Petro Diacono de not. liter.* dictæ ſunt eò, quòd verba, quæ ſyllabas præfixis characteribus notent. Sunt igitur ſigna quædam literarum, quibus vox integra intelligitur, unde σημεῖα γραμμάτων dicuntur *Dioni lib.* 55. Signa verborum *S. Hieronymo ad Julianum*, & *Epiſt. ad Principiam. Cicero pro Murena* Singulas literas vocat. *Gellius lib.* 17. *c.* 9. Singularias dicit. Tales cum literarum initio ſcribitur S. pro *Salutem*, vel S. P. D. *Salutem plurimam dicit.* Item S. V. B. E. E. Q. V. h. e. *Si vales bene eſt, ego quoque valeo.*

§. IV. Notæ & notulæ igitur dictæ olim ſunt brachygraphiæ, h. e. compendioſæ ſcriptionis literæ vel characteres, quibus Scribæ & Cancellarii Principum dictata ilicò conſignabant, aliàs Siglæ. Conſentientem habemus hoc loco *Balthaſar. Bonifac. Rhodigini hiſtoriam ludicram lib.* 2. *cap.* XXXII. *pag. m.* 52. *edit. Bruxell.* 1656. his verbis: Nec privatim modò, ſed publicè per notas ſcribebant. Quare *Manilius* leges Romanas vocavit notis levibus pendentia verba. Quas quidem *notas* Siglas vel Sigla *Juſtinianus epiſt.* ad *antoceſſor.* §. *illud autem*; σημεῖα i. e. *Signa Cicero ad Attic. lib.* 13. *epiſt.* 32. appellat. His calculum album adjicit *Cujacius lib.* 3. *Obſervat. cap.* 3. & *lib.* 12. *cap. ult.* Notæ ſeu compendia dictionum *Juſtiniani* tempore Sigla dicebantur. conf. *Salmuth. not. ad Panciroll. pag. m.* 264. *part.* 2. *edit. Francof.* 1660. Signa etiam parva *Plutarchus* notificat: Σημεῖα, inquit, ἐν μικροῖς καὶ βραχέσι τύποις πολλῶν γραμμάτων δύναμιν ἔχοντα: *Signa in parvis & brevibus figuris multarum literarum vim habent.*

§. V. Audiamus quoque in hanc rem optime diſſerentem Anglum doctiſſimum *Thomam de S. Quercu in Lexico ſuo Etymologico, quod ſummo ſtudio & labore confectum prodiitque Londin.* 1677. *Sigla* contractè pro Singulæ ſunt compendia lectionis & ſcripturæ, notæ. Anglicè, *Notes breviatores, letters*

*ters ſet for words.* Cum autem vocabulum Nota, æquivocum ſit & variarum ſignificationum; itaque non intelligimus hoc loco notas. ſeu maculas, quas natura fœtibus in utero impreſſit, de quibus *Suetonius de Auguſto, cap.* 80. Corpore traditur maculoſo, diſperſis per pectus atque alvum genitivis notis in mundum ac numerum ſtellarum cæleſtis urſæ: Græce *σημεῖα σύμφυτα*, *ſigna congenita*. de his maculis naturalibus videatur etiam *Juſtin. lib.* xv. conf. *Auſon. in urbib. Epigr.* 2. *Alexander ab Alexandro lib.* 2. *Gen. Dier. c.* 19. Has *notas* alii appellant *ſtigmata naturalia materialia.* Vid. *Petr. Oſtermann. de ſtigmat.* Porrò Nota pro probro uſurpatur, *Non. Marcell. de propriet. ſerm. c.* 4. *ſub litt. N.* & quæ aliæ ſunt ſignificationes, de quibus agere non animus eſt, ſed de illis, quas vulgò, non Latine Abbreviaturas ferunt, quæ ſunt aliarum vocum literæ initiales, in vocis formam conjunctæ, & duobus apicibus ſupernè notatæ, quarum ſingulæ ſingulas dictiones alias connotant. Hinc ab Hebræis vocantur ראשי תיבות *capita* ſeu *initia vocum.* Tanto hoc ſcribendi genere ſeu compendio gaudent Hebræi, ut nullus liber, nullum Scriptum, nulla Epiſtola, nulla pagina aut ſcheda eo careat. Videatur de his literis cl. *Buxtorfius in libro ſuo de Abbreviaturis pag.* 2. *it. Clav. Maſor cap.* 3.

## Caput II.

### *De Diſcrimine Siglarum & Notarum.*

§. I. Viſa etymologia & deſcriptione Siglarum, occurrit quæſtio: Annon Siglæ à Notis differant? Hanc quæſtionem ſi accuratius examinamus, in propatulo eſt, quosdam affirmare, dari diſcrimen aliquod, præprimis ſi *Juſti Lipſii* verba perluſtremus, in *epiſtola* xxvii. *Centur.* I. *ad Belgas* aſſerentis, *duplicem apud Veteres fuiſſe ſcribendi rationem*, unam ſcil. per *notas*; alteram per Siglas. Sunt quoque alii, inter quos eſt *Wowerius*, quem Scriptorem ex bibliotheca inſtructiſſima ſua benevole *plur. Reverendus Fortſchius Pa-*

 *tronus*

*trenius noſter magnus* nobis communicavit, qui *capit.* 6. *Polymath. edit. Lipſ.* ait: Triplex autem ſcribendi ratio apud antiquos: Notis, ſive *διὰ σημείων*, Literis Singulis ſeu Siglis, & Verbis Integris. Verum is haud difficulter cum *Lipſio* eſt conciliandus. Vocabulum enim Nota, quod ſit ambiguum, diſſenſionis, ſed non veræ cauſa eſt. Id enim nunc pro Signis ſolùm, nunc pro Signis ac Singulariis Literis ſimul uſurpari conſuevit. Hæc quidem latior ſignificatio *Lipſii* eſt; illa ſtrictior *Wowerii*; ut qui ipſe paulò poſt, tum *literas* tum *Signa* ſub *Notis* comprehendit. Itaque ſcribendi modum per ſigna & literas ſingulas ſeu Siglas uno nomine Notariam; quæ verò fit verbis *κατ᾽ ἐξοχὴν* Scripturam nominat.

§. II. Diſcrimen quoque aliquod facit *Feſtus*, qui ita loquitur: *Nota*, inquit, *alias ſignificat ſignum, ut in pecoribus, tabulis, literis.* Amplius *Barnabas Briſſonius de ſignificatione verborum fol. m.* 457. *edit. Pariſ.* his verbis: *Nota σημεῖα γραμμάτων πρὸς τάχος ἐξευρεθέντα.* Notæ item, inquit, in *L.* 2. *ff. de ſervis fugitiv.* ſignificant *ſigna, ſtigmata, puncta ſervis* inſcripta & inuſta. Clariùs diceret: *Nota* ſunt quælibet ſigna ſeu ſcriptilla elementa, ut loquitur *Marcellinus*, vel literæ ſolitariæ poſitæ pro ſignis. Duorum autem generum fuerunt Notæ; Quædam *σημεῖα* tantum erant & non literæ, quæ ab aliis Zifræ vocabantur. Aliæ autem erant *Literæ (Siglæ)* quæ præfixis characteribus ſyllabas vel voces ſignificabant. De notis ſeu Zifris, non literis, paſſim ſunt Scriptorum teſtimonia, qui eas vocant *σημεῖα, ſigna, imagines, puncta, flexuras* & ſimilia. Cicero *ad Attic. lib.* 13. *epiſt.* 32. ita ſcribit. Quod ad te de decem Legatis ſcripſi, parum intellexiſti credo, quia *διὰ σημείων* ſcripſi. Sanè hîc vult *Cicero* notas preſsè dictas à Siglis diſtingui. Pariter *Plutarchus in Catone*: Ubi vocat *σημεῖα ἐν μικροῖς καὶ βραχέσι τύποις πολλῶν γραμμάτων δύναμιν ἔχοντα.* Ita *ſigna* quoque appellantur Notæ ab *Ovidio lib.* 4. *Triſt. eleg.* 4.

*Scis benè cui dicam poſitis pro nomine ſignis.*

Ita etiam ab *Horatio lib.* 2. *Satyr.* 4.

——— ——— ———; *non eſt mihi tempus aventi*
*Ponere ſigna.*

A *Sidonio Apollinar. lib.* 9. Comprchendebant ſignis, quod literis non tenebant.

§. III. Porrò *Notæ*, quæ non literæ, ſed *Zifræ* vel *ſigna* tantum erant, à *Quintiliano lib.* 11. *c.* 2. vocantur IMAGINES, quæ ab aliis ZIFRÆ & notæ dicuntur. Vid. *Spiegel. de Signific. verbor. Turneb. lib.* 14. *cap.* 24. *Adverſar. Porta de Furtivis literis, lib.* 1. *cap.* 13. Confer. *Panciroll. Tit.* XIV. *de Zifris ſeu furtivis literis, part.* 2. *pag. m.* 262. *edit. Francof.* Ejuſmodi NOTÆ reperiuntur in Dictionario à Cicerone conſcripto, qui ſingulis verbis ſigna quædam præfixit, ſignificantia id verbum, cui præfixa ſunt. Verbi gratia.  *mundum*, *M modum*, ꞁ *tempus* ſignant, & hæc ſigna aliaque *Apulejus lib.* 11. *de Aſin.* vocat ignobiles literas. *Theodoricus* Imperator apud *Caſſiodorum lib.* 3. in epiſtola 11. *quaſi literas* vocat, apertè nimirum indicantes NOTAS quaſdam, præſertim tales, quæ ſint literæ, ſed quaſi literæ & imagines potius ac ſigna. Hoc etiam ex variis Autoribus doctiſſimè obſervarunt *Barnabas Briſſon. fol.* 437. *edit. Pariſ. de verbor. ſignif.* docens: NOTAS non eſſe literas *ex leg.* 33. *ff. ex quib. cauſ. major. leg.* 9. §. 1. *ff. de hæred. inſtit. leg.* 41. *ff. de milit. teſtam.* Qua de cauſa etiam à literis ſeparantur *notæ* in *leg.* 1. §. *Ludi. ff. de var. & extr. cogn. & Paulus de Pedio in leg. Sed cum Patron.* 6. §. *fin. ff. de bon. poſſ.* & *Gregorius* ex *Paulo lib.* 16. *de Republ. cap.* 1. qui eadem verba recenſet; NOTAS LITERAS NON ESSE. confer. *Salmuth. not. ad Panciroll. pag. m.* 264. *edit. Francof.*

§. IV. Ut ergò pluribus hanc noſtram ſententiam probemus, prodeat *Franciſcus Polletus lib.* 5. *de foro Romano cap.* 12. affirmans ex iiſdem legibus, NOTAS NON ESSE LITERAS. *Cujacius lib.* 12. *cap.* 10. *NOTÆ*, inquit, *non ſunt literæ*: quod ut demonſtrem exemplis, Senatum PopulumQue Romanum ita ſcribebant SIGLIS ſeu Singulis, S. P. Q. R. Notis autem hoc modo, S. Senatus conſultum, per *Singulis* ſic, S. C. Per Notas ita . & *lib.* 3. *Obſervat. cap.* 3. Dolus malus abeſto SIGLIS ita, D. M. A. Notis autem hoc

hoc modo, , & quæ alia ſunt exempla, quæ *pag.* 657. videnda ſunt. Quis itaque dubitabit de veritate, quod NOTÆ non ſint literæ, quarum Iconiſmum nobis quoque exhibet *P. Caſpar. Schott. in Technic. curioſ. edit. Norimberg. pag. m.* 535. Conferatur *Janus Gruterus*, qui Lexicon *Ciceronis* & *Tyronis* excudi curavit in opere doctiſſimo Inſcriptionum antiquarum. Rectè itaque has NOTAS vocamus ZIFRAS.

§. 5. Succedit aliud genus NOTARUM, quæ ſunt *notæ* & *literæ* ſimul, de his *Feſtus*, cujus verba refert *Barnab. Briſſon. de verbor. ſignificat. lib.* XII. *fol. m.* 437. *edit. Pariſ.* NOTA, inquit, nunc ſignificat ſignum, nunc literas ſingulas, aut binas, eodemque nomine eas appellant *Suidas cent.* 12. *prov.* 87. *in Parœmiis Andreæ Schotti*, & *Cicero Orat. pro Murana.* Singulas literas *Gellius* Singularias *lib.* 17. *cap.* 9. vocat. Has verò Singularias, Siglas ſeu Singulas literas quidem notas, ſed à prioribus diverſas eſſe, obſervarunt *Spiegel. de verborum ſignificatione. Petr. Gregor. lib.* 16. *de Republ. cap.* 1. *Torrent. in Galb. Sueton.* & omnium accuratiſſime *Raderus*, ubi in hæc verba concludit ſententiam ſuam. Auctores non pauci ſeparant omnino literas ſingulas, ſeu *Siglas* ſive quæ uno verbo SINGULÆ appellantur à NOTIS; ita ut NOTÆ non ſint literæ. Unde mirandum quod vir aliàs doctiſſimus JCtus *Cujacius* Notas voluerit eſſe SIGLAS, qui in hæc prorumpit verba: Vocabimus igitur has *Notas* ſeu *Zifras* SIGLAS, cum ſatis oſtenſum, illas non eſſe literas, ſed ſigna.

§. 6. Extra omnem dubitationis aleam igitur ponimus literas Singularias pro SIGLIS poſitas fuiſſe. Probat hoc libellus *Magnonis* de SIGLIS Carolo Regi dicatus his verbis:

*Hæc juris σημεῖα lubens Rex accipe Carle,*
*Offert devotus quæ tibi Magno tuus.*

In quo *Magno* nihil aliud docet, quam literas initiales pro integris vocibus poſitas eſſe; uti nec aliter ille, cujus juridicas notas ex veteribus membranis in corpore Grammaticorum habemus *Gerhard. Johann. Voſſius de arte Grammat. lib.* 1. *cap.* 40. Et licet *Ammianus Marcellinus lib.* 16. ſcribat: Apud Ægyptios ſingulas literas ſingulis verbis inſerviiſſe, tamen impropriè loquitur: non enim *Ægyptiorum notæ* erant ſingulæ literæ,

Digitized by Google

re, ſed & meræ notæ non literæ. Interim tamen ex *Magnonis* & *Probi* libris perſpicimus literas *Siglas* eſſe. Cognoſcimus etiam hoc ex *Siglis* veterum ad oram librorum poſitis. Solebant enim Veteres inter legendum ad libri oram notas quaſdam appingere; quibus indicarent, quæ ipſis notatu digna vel etiam corrupta aut vitioſa aut improbanda viderentur. Laudis ſeu Laudabilium ut vocat *Gellius* Sigla duplex LL. apud Latinos reperitur. Unde apud *Petr. Diacon.* in notis liter. LL. *laudabiles loci.* Alibi etiam eſt L. S. *laudabilis ſententia.*

§. VII. Ex his prolatis facilè cognoſcere poſſumus differentiam NOTARUM & SIGLARUM, quæ in externa tantum forma conſiſtit, quoad ſenſum & interpretationem autem convenit, uti benè diſſerit *Don Antonio Agoſtino in diſcurſ. ad numiſmata antiqua edit. Rom.* 1592. *Dialogo undecimo pag. m.* 239. qui cum longa ſerie de literis ſeu *Siglis* & *Zifris* diſſeruerit, alius objicit hoc modo: *Pare che V. S. faccia differenza tra le* LETTERE PARTICOLARI, *e le* NOTE ò CIFRE *deſidero ſapere in che conſiſte?* Agoſtino reſpondet his verbis: *Si come è differenza trà le lettere, e le cifere, coſi è nella interpretatione dell' una, e dell' altra. Ne i numeri ſervivano i Romani le lettere, e le cifere come I. V. X. che ſono trè lettere, ma il mille ſcrivevano con cifera* ∞ *& cinquemilla* IↃↃ, *e coſi altri numeri maggiori facevano con cifere, e cifera è ancora l' abbreviatione di Centurio che noi chiamavano diple* >, *e coſi ce ne ſono altre che gli antichi Romani chiamavano note, e quelli che le uſavano Notarii, e dicono che furono introdotti queſti Notarii che ſcrivevano con cifere à i tempi di Cicerone, e che ce ne ſolevano eſſere i libri di Tirone ſuo liberto, come credo che referiſca Plutarco nella vita di Cicerone, e ſopra di queſto c' è una epiſtola molto elegante del Cardinal Pietro Bembo, e piu amplamente alla diſteſa ne tratta l' Abate Giovan Tritemio in un libro che in titola Poligrafia; l' altre abbreviature che interpretano Valerio Probo, e gl' altri conſiſtono in abbreviationi di lettere come è ne i prenomi che* P. *ſignifica* Publius. C. Cajus, M. Marcus, *e gl' altri, & ancorche alcuni s' abuſino chiamando queſte lettere ſingulari Note, ò vero No-*

*ſe publiche, e l'altre Note volgari pare à me che ci ſia trà loro la differenza già detta.*

## Caput III.

### *De Arte & Origine ſcribendi per* Notas.

§. I. Fuerunt tam varia per Notas ſcribendi artificia ut dixerit *Auſonius:*

*Innumeras poſſim celandi oſtendere formas,*
*Et clandeſtinas veterum reſerare loquelas.*

Neopolitanus ille à *Porta* Notarum faciendarum modos cum novos tum veteres adfert circiter CLXXX. *in lib. de notis furtiv.* Quò ſpectant etiam illa tria ſcribendi genera, quæ *Trithemius* prodidit initio *lib. de Polygraphia*, *Dermaticum*, *Hyphaſmaticum*, *Aleoticum*: adeoque totus liber ſextus continet viginti quatuor Alphabetha ignota ad uſum *Notarum*; & libro quinto programma proponit variæ literarum tranſpoſitionis, quem modum etiam oſtendit cl. *Ludovic. Henric. Hiller. in myſter. art. Steganograph. edit. Ulm.* 1682. conf. *P. Caſpar. Schotti Technic. curioſ. lib.* VII.

§. II. Uſus & ars ſcribendi per Notas olim familiariſſimus fuit, non infimis modò & ancillis ipſis, ut de quadam refert *Marcellinus* teſte cl. *Salmuth. in not. ad Panciroll. pag. m.* 264. *edit. Francof.* quæ nomine Aſſyriæ epiſtolam ſcripſit ad Barbationem Præfectum peditum; verùm etiam Summis quibuſque viris, ut *Tito* Cæſari, qui ſolitus Notis velociſſime excipere, autore *Suetonio cap.* 3. & *Octavio Auguſto* qui nepotes ſuos & literas & *notas* notare docuit, ut monent *Lipſius* & *Torrentius*. Non igitur mirandum Scribas & Librarios in deſcribendis olim veterum JC. libris Notarum compendio uſos fuiſſe.

§. III. Notis igitur ſcribere multifariam accipi poſſe ex veterum Scriptorum monumentis colligimus. Nam vulgo tabellionum primas exceptiones & præſcriptiones informes, Notas appellavere JCti, *uti in c. cum P. tabel. de fid. inſtrument.*

Digitized by Google

*ment.* quas poſtea transſcribunt notarii in proprio Codice, quas & vulgò vocant minutas, eò quod vel minutis literis vel *Zifris* ſcriberentur. Ita notis ſcribere eſt, qui vice verborum utuntur characteribus quibuſdam. Hinc *ars notoria*, quæ docet modum *compendiariæ ſcriptionis*. Hanc ejus inventores reconditam artem prædicant, quæ id præſtaret, ut homo minimo negotio perdiſceret omnes artes Liberales & Scientias. Pinxerunt proin multifarias notas: animalium formas, draconum, Leonum, Serpentum aliorumque, rerum ſenſibus carentium figuras, arborum, pontium ſcalarum & ſimilium, quarum obſcuritas animo cognitionis lumen pareret. In hac arte exercitati fuerunt quidam populi: nam Notæ Hieroglyphicæ aut à Phœnicibus vel Ægyptiis excogitatæ ſunt ad celanda ſua myſteria, ne vulgus ita facile in adyta Sacrarum Scientiarum irreperet.

§. IV. Quam ob rem & *Perſæ* Magos, *Indi* Gymnoſophiſtas, *Celtæ* Druidas habuerunt myſteriorum ſuorum interpretes, quæ plebi propoſita eſſe volebant, ſicut & Hebræorum legem fuiſſe ſcribit *Gregor. Nazianzen. Apolog. fuga ſuæ*, qua libros ſacros vulgo communicari vetabant. Imò Romani hujus rei gratia Notarios adhibebant, autore *Suida*, quos Scribas à Secretis vocant, qui notarent res, ſeu notis vel Zifris ſcriberent, quas non liceret propalare. Et *Trithemius* Abbas tradit, *Ciceronis* Lexicon de Notis à *Cypriano* auctum, ut Eccleſiaſticis juxta prodeſſet atque profanis ad arcana celanda. Ita etiam *Juriſperiti* ad tegendos aſtus ſuos, inquit *Cicero pro Murena*, Notas invenerunt, ne plebs ſciret, quibus diebus fas nefaſve eſſet Lege agere: Irati, ait, Juriconſulti, ne dierum ratione pervulgata & cognita, ſine ſua opera poſſet *Lege agi*, Notas quaſdam compoſuerunt, ut ipſi omnibus in rebus intereſſent. Sunt in hanc ſententiam elegantes *Manilii* verſus, in IV. *Aſtron.* quibus Notarum compendia qui tenuerit, eum Leges & jura populi Romani ſciturum & intra domeſticos ac privatos parietes qualiter cuique jus reddendum ſit, in promptu habiturum ſignificat:

*Hic etiam Legum tabulas & condita jura*

*Noverit, atque notis levibus pendentia verba.*
*Et licitum ſciet, & vetitum quæ pœna ſequatur*
*Perpetuus populi privato in limine Prætor.*

§. V. In præcedente paragrapho mentionem fecimus *Cypriani*, quod Dictionarium *Ciceronis* de NOTIS auctius reddiderit, ita, ut etiam tàm Eccleſiaſticis, quam Politicis prodeſſe poſſit. Et ſi Scriptorum tàm Sacrorum, quàm profanorum teſtimonia perluſtramus, negare non poſſumus, magnum *harum notarum* fuiſſe uſum. Nam hunc ſcribendi modum celebratum fuiſſe à Græcis è *Solino cap. 6.* comprobari poteſt, narrante *Iliadem* totam NOTIS ſcriptam adeò fuiſſe brevem, ut nucis unius teſtulis geminis tota clauderetur, quo in artificio excelluiſſe *Myrmecidem Mileſium* & *Callicratidem Lacedæmonium* ſcribit *Ælianus lib. 1. Var. hiſtor.* quos fama fuit in *Seſamo* (quod minutiſſimum genus eſt ſeminis ſimile milio aut panico) diſtichon unum Elegiacum aureis literis ſcripſiſſe; ſed per *Notas* & *Signa* inquit *Henric. Salmuth. comment. in Panciroll. pag. m. 263.* Rarò enim veteres integris in ſcribendo literis utebantur. Unde memoratur apud *Galen. lib. 7. de compoſit. Medic. Menecratis* quondam Medici liber ὁλογραμμάτων, quod integris literis exaratus eſſet. Ingenioſus tamen *Bauhuſius* Poeta non inelegans *lib. 3. fol. 55. de Iliad.* ludit ad *Paulum Palmerinum:*

*Iliadem magnam parva in nuce Paule videbis*
*Hæc duo ſi patiens carmina noſtra legis.*
*Atride gemini, Laërtius, Hector, Achilles*
*Æneas, Priamus, Troja, Lacæna, Paris.*
*Ilias in nuce clauſa una eſt: niſi, Paule negabis*
*Aut hanc Iliadem aut carmina noſtra nuces.*

§. VI. Ad Scriptores Eccleſiaſticos nos accingimus, qui etiam hoc genere ſcribendi uſi ſunt. Ne itaque hìc aliquis litem movere poſſit, illorum teſtimonia recenſebimus, quæ ad oculum demonſtrabunt, noſtram ſententiam veriſſimam eſſe. Recenſet *Petrus Diaconus* in præloquio libelli *de notis* ad *Conradum* I. Imperatorem. Ejuſmodi *notis Davidicum Pſalterium* exaratum in Bibliotheca Argentoratenſi, id quod teſtimo-

Digitized by Google

ſtimonio ſuo approbat *Johannes Trithem. in Polygraphia ſua* his verbis: *Biennio ferme poſt hac* (ſcil. quo reperi Cypriani libellum de notis) *eques Argentinam in cauſis Ordinis mei adſciſcendi, admiſſuſque per Johannem Keiſersbergium inſignem loci Concionatorem in Bibliothecam majoris Eccleſia* Psalterium *reperi totum hiſdem Tullii & Cypriani notis exaratum aureiſque capitellis decentiſſime ſcriptum. Superſcriptio autem ab ignaro myſterii talis fuerat extrinſecus poſita, Pſalterium in Armenica lingua. Doctorem adhibui, falſitatem oſtendi, ita reſcribendum admonui:* Psalterium notis Ciceronis Descriptum. Habemus hic teſtimonium firmum, quod etiam libri Sacri Notis ſcripti fuerint. Imò, ſi conjecturare licebit, cognoſcimus hoc quoque ex libro quarto Eſdræ, ubi *capite* xiv. *verſ.* 14. expreſſis legitur verbis, quod per quadraginta dies ducenti quatuor libri ſcripti fuerint, id quod de *notis* bene interpretatur *P. Caſpar Schott. in Technic. curioſ. edit. Norimberg.* quem evolvat. B. L.

§. VII. Paſſim quoque apud Scriptores Eccleſiæ rationis per Notarum compendia ſcribendi eſt mentio. *S. Auguſtinus Epiſt.* 258. de quodam Notario: *Erat*, inquit, *ſtrennus in notis* & in ſcribendo bene laborioſus. Idem *lib.* 2. *de doctr. Chriſtian. cap.* 26. Ex eo genere ſunt etiam *notæ*, quas qui didicerunt propriè jam *Notarii* appellantur. Idem *in collat.* 2. *diei cum Donatiſt. cap.* 3. Et cum ſe *notas* ignorare dicerent, petentes, ut prius eis ederentur geſta conſcripta Cognitor juſſit, ut quod eorum Notarii exceperant, eis recitaretur. *Collatio Carthag.* 2. *pag.* 43. Notas non nòvimus, neque ea natura rerum eſt, atque ipſarum, ut ita dixerim, literarum, ut quiſquam legat *notas* alienas. *Martyrium S. Geneſii Arelat. apud Surium* 25. *Aug.* Sanctus itaque *Geneſius* in juventutis flore primævo Provincialis militiæ tyrocinium ſuſcepit, eam officii partem ſtudio & arte complexus, quæ Patronorum verba vel nova *Signorum* velocitate, vel dexteræ ſonum vocis æquaret Spiritalem futuræ gloriæ imaginem præfigurans, ut qui præcepta divina celeritate audiret, ea fidelibus Notis piæ mentis exciperet. *Ennodius* in vita S. *Epiphanii Epiſcopi Ticinen-*

*ſis.* Notarum in ſcribendo compendia & figuras varias verborum multitudinem comprehendentes brevi aſſecutus, in Exceptorum numero dedicatus enituit. *Marcus Diacon. Gazenſis in vita S. Porphyrii Epiſcop. Gazenſ. n.* 88. *ex verſione Gentiani Hervet.* —— *Cornelius* —— ſciens notis ſcribere, quibus utuntur in jure —— notabat omnia, quæ dicebantur & opponebantur. *S. Rembertus in vit. S. Anſcharii. Arch. Brem. cap.* 15. Porrò —— quàm ſtudioſus fuerit teſtantur Codices magni apud nos, quos ipſe propria manu per Notas conſcripſit.

§. VIII. Quod ad Originem Notarum attinet, variæ ſunt Scriptorum ſententiæ. Quidam *Xenophonti* inventionem Notarum tribuunt. Nam cum Academici Lectiones ſuas ΑΚΡΟΑΣΕΙΣ appellatas (vid. *Gell. lib.* 2. *cap.* 22. *& lib.* XX. *cap.* 4.) dictare cæpiſſent, teſte *Apulejo Florid.* & celerius vox Doctoris præcederet, quàm ut integrè ſcribendo diſcipuli eum aſſequi poſſent: Itaque ad hoc artificium converſi ſunt primuſque *Xenophon*, quæ dicebantur hoc modo excepta in publicum edidit apud *Laert. lib.* 2. *in ejus vita.* Vid. *Gregor. Horn. hiſtor. Philoſoph. lib.* 7. *cap.* 11. Aſt *Juſtus Lipſius Centur.* 1. *ad Belgas Epiſt.* XXVII. dubitat de hac ſententia, ita ſcribens: Ego libenter Græcis gloriam dederim & nominatim *Xenophonti* Philoſopho & hiſtorico de quo *Diogenes: Καὶ πρῶτος ὑποσημειωσάμενος τὰ λεγόμενα, εἰς ἀνθρώπους ἤγαγεν: Primus notis excipiens dicta* (Socratis) *in lucem hominesque protulit.*

§. IX. Hæc ſanè *Lipſii* verba quandam invidiam involvere videntur, quaſi *Græcis* exprobraret, quod hoc ſibi vendicarent, quod ipſis non conveniret. Interim & ipſe quoque errat, cum potius *Ægyptiis* ex ſententia *Antonii Guberti Polyhiſtor. cap.* VI. tribuendum hoc ſit. Ita enim citatus Autor dicto loco refert: Hic autem mos per Notas ſcribendi ab Ægyptiis manaſſe videtur, qui hieroglyphicis notis (hoc eſt exſculptis ſacris figuris animalium aliarumque rerum) atque adeò literis primi omnium uſi ſunt, ut res & animi penſa ſignificarent. Videatur *Athanaſ. Kircher. Oedipi Ægyptiac. Tom.* 2. *ubi plurima.* Idem pœnè ſentit *Johan. Baptiſt. Porta de furtiv. liter. Notis lib.*

Digitized by Google

*lib.* I. *cap.* 2. dum inquit: *Sunt qui putent, cum per animalium figuras ſenſus mentis Ægyptii effingerent, nondum uſitatiſſimam literarum ſcripturæ rationem extitiſſe. Verum ſic mos hic ſcribendi antiquiſſimis temporibus invaluit, ut vetuſtatis monumenta omnia in columnis, quæ in Minervæ aliorumque Deorum templis erant poſita, hujuſmodi Notis ſignarentur: Cujuſmodi columnas multas fuiſſe ab Hermete Triſmegiſto inſcriptas, Jamblicus aliique teſtantur.*

§. X. Atque hæc cum veritate non certare videntur. Sunt enim Ægyptii primi literarum hieroglyphicarum inventores, à quibus aliæ gentes eas doctæ ſunt. *Tacitus lib.* XI. *Annal.* Primi per figuras animalium Ægyptii ſenſus mentis effingebant, & antiquiſſima monumenta memoriæ humanæ impreſſa ſaxis cernuntur & litterarum ſemet inventores perhibent. Inde *Phœnicas*, quia mari præpollebant, intuliſſe Græciæ, gloriamque adeptos, tanquam repererint, quæ acceperant. Quippe fama eſt *Cadmum* claſſe Phœnicum vectum, rudibus adhuc Græcorum populis artis ejus auctorem fuiſſe. Quidam *Cecropem Athenienſem*, vel *Linum Thebanum*, & temporibus Trojanis *Palamedem* Argivum memorant ſexdecim litterarum formas, mox alios, ac præcipuum *Simonidem* cæteras reperiſſe. Cum igitur multi *Cadmo* hoc tribuant; ita facilè contigerit, ut Notæ item ab Ægyptiis ad Græcos emanârint, apud quos, cum variis hominum ingenia delectentur, *Xenophon* præcipuè Notarum ſtudio tractus, eaſdem diligentius excoluit, & intermiſſione veluti ſepultas in lucem hominesque retulit.

§. XI. Verum hîc iterum *Lipſius* objicit & ſcribit: At *Latini* ad ſe trahunt, & illos arrogantiæ cujuſdam accuſare vult, quod inſolenter inventionem Notarum ſibi tribuant, qui vehementius hoc ſtudium tractarunt, quàm Græci. Inter quos primus Auctor *Ennius*, cui nihil tribuere conatur *Lipſius*, cui tamen inventionem notarum tribuit *Iſidor. lib.* I. *cap.* XXI. Ait quidem ille, *Tironem* primum Notas eſſe commentum; ſed ait non ſimpliciter: addit notabiliter *Romæ*; quæ vocula quaſi conſervatrix *Ennii* auctoritatis, ut qui alibi longe ante Ciceronis libertum Notas potuit effingere. Idque hauſit pro-

Digitized by Google

procul dubio à Græcis, quos amore ſibi devinxerat. Porrò laborat *Lipſius* nomen *Ennii* prorſus ex verbis Iſidori expungere. Verum retinent *Ennii* nomen *Petr. Diacon. lib. de notis. Wower. cap. 6. Polymath. edit. Lipſ.* & alii. Hunc ſequentibus temporibus plures ſunt ſecuti.

## Caput IV.

### *De Arte & Origine ſcribendi per* Siglas, *apud Hebræos.*

§. I. Hactenus longa ſerie vidimus originem & artem ſcribendi per Notas, quæ literæ non erant; jam tempus & ordo poſtulat, ut etiam quædam de arte & origine ſcribendi per Siglas in medium proferamus. Quod ad originem Siglarum attinet, illa eſt antiquiſſima. Sunt qui *Sethi* liberis filii Adami adſcribunt, qui in duabus columnis rerum cæleſtium diſciplinam literis deſcripſiſſent, quarum unam ſe in Syria vidiſſe teſtatur *Joſephus lib.* 1. *Antiq. cap.* 3. *in fin.* Alii *Abrahamo*, quod probare nititur *Suidas.* Alii ipſi *Adamo*; cum fuerit ſumma prudentia, quod facit doctiſſ. *Freinsheimius in notis ad Curt. lib.* IV. *cap.* 4. citatque conſentientis ſibi *Camerarii* judicium & *Altiſſiod. Chronici.* Alii denique à lege cœpiſſe ajunt per Moſen, *Iſidor. lib.* 1. *cap.* 3. *Eupolem. lib. de legib. Judææ, Polydor. Virgil. lib.* 1. *cap.* 6. Dicunt & affirmant quidem *Lipſius* & *Johann. Baptiſta Porta* cum aliis *Tyronem Ciceronis Libertum* notas inveniſſe, quod veritati conveniens non videtur, & merito dubitamus, cum diu ante hos Siglæ apud Judæos in uſu fuerint. Operæ pretium erit de hac re audire *Raderum*: Multis annis ante *Ciceronem* Judæa Siglarum videtur artem inveniſſe; captata ex Danielis interpretatione hujus compendii occaſione: מְנֵא *Mene:* תְּקֵל *Tekel.* פְּרֵס *Phares. Daniel* enim ex illa cœleſti digito exarata verba ſic eſt interpretatus, ut ſingula verba ſingulas obſervarent orationis ſententias. Ita *Raſche teſoth* literas initiales fuiſſe *Maldonatus*, *Menochius*, *Cornel. à Lapid.* ſtatuunt.

§. II. Ita

Digitized by Google

§. II. Ita apud Hebræos Sigla ſæpe conjunguntur & in unam vocem coäleſcunt, quæ nihil ſignificat, ut tamen quælibet litera integræ vocis notationem ſervet, ut in voce רמבם quæ interpretatur per *Rabbi Moſen Ben Maimon*. Rectè *Johannes Smetius in Antiquit. Neomag. pag.* 27: Genus Scriptionis in omnibus linguis obtinet, Hebræorum Rabbini capita dictionum vocant; unde Macabæorum fluxit nomen. Cum Judas Matthathiæ filius quatuor vocibus quaſi ſymbolo uteretur, quæ *Exod.* xv. §. xi. leguntur: מי כמוך באלהים יהוה *Mi Camoca Baelohim Jehovah:* Quis ſicut tu inter Deos ô domine? Capita ſeu initia iſtarum dictionum vocem MaCBaI dabant, inde Macabæus dictus. Sæpius Sigla ſeorſim ponuntur, ut H. M. E. H. N. S.

§. III. Similiter apud Hebræos *Maſoretha* quibuſdam literis utebantur in diſtinctione Scripturæ in verſus, vel vocum diverſa ſcriptione & lectione. Tres tantum hujuſmodi literas hic expoſituri ſumus: ק. Nota eſt, quæ in margine juxta voces diverſæ lectionis ponitur, quarum ea, quæ in textu, dicitur כתיב Scripta, quæ in margine קרי Lecta: ב denotat, bis eam vocem, ad quam notatur reperiri. *Nun* inverſum נ in voce בנסע (in proficiſcendo) ſcribitur *Num.* x. 35. quo innuitur, ut ſic Retrorsum cogantur hoſtes Iſraelitarum. Exquiſitè hæc pertractata lege apud Cl. *Buxtorf. in Tiberiad.* præcipue *Comment. Maſor. cap.* 18.

§. IV. Porrò artem hanc ſcribendi per Siglas exercuerunt apud Hebræos *Cabaliſtæ*, qui *arte Cabaliſtica* uſi ſunt, quæ eſt ſymbolica Theologia ac Philoſophia, in qua non modo literæ ac nomina ſunt rerum ſigna, verum etiam res rerum, uti definit *Johann. Capnio* (ſeu Germanice *Reuchlinus*) *lib.* 3. *Cabala pag.* 713. & *lib.* 1. *pag.* 613. *in edit. Galatino* affixa. Dicitur autem Cabala à קבל *accepit*, quod ſit doctrina accepta de divino auditu, ut vocant, & myſteriis Legis divinæ. Ita *Athanaſ. Kircher. in Oedip. Ægypt. Tom.* 1. *cap.* 1. *claſſ.* IV. *de Cabala Hebræorum fol. m.* 211. *edit. Rom.* cum *P. Caſpar. Schotto in Techn. curioſ.* deſcribit: *Cabala eſt divinarum humanarumque rerum arcana per Moſaica legis typum, allegorico ſenſu tra-*

*tradita & inſinuata facultas, qua nullo rationis diſcurſu, nec calamo ſed auditu tantum recipitur. Confer. Petr. Galatin. de Arcan. Cathol. Veritat. lib. 1. c. 6. Buxtorf. in Lexic. Rabbino-Talmud. Raymund. Lullius. autem in Proœmio* de auditu Cabaliſtico vocem CABALA compoſitam vult ex Arabicis ABBA i. e. Pater & ALA Deus meus: per quæ Chriſtus Filius Dei intelligeretur, qui divina Sapientia. Ut Cabala ſit nihil aliud quam habitus tradens ſuperabundantem Sapientiam.

§. V. Ea triplex Hebræis eſt, teſte *Athanaſ. Kirchero* loc. cit. cui accedit *Caſpar Schott. in Techn. curioſ. pag. 936, 937 edit. Norinberg.* GHEMATRIA i. e. *Geometrica* ſive *Arithmetica*, quæ conſiſtit in ſupputatione numerorum & ſyllabarum dictionumque tranſpoſitione. Seu eſt menſura numeralis terrenorum & ſenſibilium characterum, qui ab illa Arithmetica formali dependent, quæ per abſtractam ſuam ſimplicitatem non eſt ulli ſenſibili notitiæ ſubjecta; Atque in hoc conſiſtit, quod in ea plurimum una dictio pro alia, vel litera una pro alia ponatur, videatur *Schott. Techn. curioſ. pag.* 937 uti in *Pſalm.* XXI. legitur *in virtute tua* ישמח המלך *latabitur Rex.* Hîc Cabbaliſtæ teſte *Reuchlino lib.* 3. *Artis Cabbaliſt. in voce* ישמח *jismach* invenimt, tranſponendo literas, vocem משיח, *Meſſiah*, & ita legunt, *in virtute tua Meſſiah rex*, ſubaudiendo, *venit*, vel *operatur*. Eſt enim Meſſias virtus Dei, & in Dei virtute operatur. Sic *Exod. cap.* XXIII, 20. dicitur: *Ego mittam Angelum meum* מלאכי *Malachi*, Cabaliſtæ per metatheſin legunt מיכאל *Michael.* Hæc & alia quam plurima exempla legi poſſunt apud *Schottum*, *Reuchlinum*, *Kircherum* & alios.

§. VI. Altera Cabala eſt NOTARICA: Notaricum vocabulum autem eſt corruptum à Notariorum ſive Scriptorum apicibus & punctis, quæ ſubinde ad integram aliquam ſignificationem innuendam apponere ſolent, deſumptum; quam conſuetudinem NOTARICA CABALA imitatur, dum ex capitalibus Nominum literis ſenſum rimantur *Cabaliſtæ.* Appellatur ita ab apicibus Notariorum, quod ibi quælibet littera in culmine notetur, ut ſit alicujus integri vocabuli ſignum.

De-

Digitized by Google

Deſcribitur à P. *Caſpar. Schotto cap.* 8. *lib.* 12. *pag. m.* 948 hoc modo: Notarica Cabala eſt, cum alicujus dictionis Hebraicæ è Sacra Scriptura deſumptæ, ſingulæ litteræ expenduntur, & ex ſingulis integra dictio, quæ ab illis literis incipit, colligitur, atque ex omnibus deinde dictionibus ſimul conjunctis arcana quædam ſententia eruitur, quæ ſub illis literis latere creditur.

§. VII. Antiquiſſimum ſane ſcribendi artificium per Siglas, quandoquidem Rabbinorum antiquiſſimi hanc Cabalæ partem obſervarunt, qui per litteras Capitales voces ſignificativas eruerunt. Hujuſmodi eſt illud *Eſaiæ cap.* LXV. Benedicetur in Deo אמן *Amen.* Ecquis eſt Deus? Reſpondebunt Cabaliſtæ teſte cl. *Buxtorffio in lib. de Abbreviatur. Hebr. pag. m.* 31. אדני מלך נאמן *Dominus Deus Rex fidelis.* conf. *Sanhedr. fol.* 111, 1. Ita meminit *Reuchlin. lib.* 3. *Cabal.* אראריתא quæ litteræ Deum æternum, immutabilem, unicum & ſemper ſibi ſimilem deſcribunt hoc modo: אחד ראש אחדותו ראש יחודו, תמורתו אחד i. e. *Unum, principium unitatis ſuæ, principium ſingularitatis ſuæ, viciſſitudo ejus unum.* Similiter in precibus in fine hoc modo ſcribunt באי ש"ת & Cabaliſtæ ita exponunt ברוך אתה יהוה שמע תפלה i. e. *Benedictus ſis, ô Domine, exaudiens preces.* Exemplum aliud ex 1. *Regum cap.* II. *v.* 8. afferre poſſumus, ubi David moriturus loquens ad *Salomonem* filium, ait de *Semei*: *Qui maledixit mihi maledictione peſſima*, ubi pro voce illa peſſima in Hebræo eſt vox נמרצת *nimreſeth*, quæ quinque literis enuntiatur, nempe נ *Nun*, מ *Mem* ר *Reſch* צ *Tſade* ת *Thau.* Cabaliſtæ igitur hanc vocem in ſuas literas reſolventes, & ſingulis ſuas dictiones ab illis literis inchoatas adſcribentes, ajunt; illis exprimi quinque execranda convitia à Semei in Davidem conjecta, nempe נאף *Naph* i. e. adulter; מואב *Moab* i. e. Moabita רצח *Rothſeach* i. e. homicida צרוע *Tſaruah* Leproſus. תיצבה *Thozeba* i. e. Abominatio ſeu Abominatus. Volunt Cabaliſtæ, quod *Simei Davidem* Adulterum & alienæ uxoris raptorem vocaverit, Moabitam genere i. e. ſtirpe ignobilem, utpote ex Ruth Moabitide ortum; Homicidam, ut qui Uriam innocentem occidi curaverit; Leproſum, utpote urbe & regno ejectum; ac denique Abominatum

natum à Deo & hominibus. Vid. *Athanaſ. Kirch. Oedipi Ægyptiac. Tom. 1. fol. 217.*

§. VIII. Operæ pretium eſſe duximus, ut plura exempla adducamus, inter quæ non ultimum locum obtinet primum Scripturæ Sacræ vocabulum בראשית in principio, cujus ſingulas litteras in dictiones totidem reſolvunt Hebræi & quidem hoc modo: בראשית ראה אלהים שיקבלו ישראל תורה: *in Principio vidit Deus quod acciperent Iſraëlitæ legem.* Exemplo etiam nobis eſt vox אביר *Abir.* Et putant Cabaliſtæ in hac latere myſterium Trinitatis. א ſignificare אב patrem, ב, בן filium, ultima ר Spiritum Sanctum רוח; dum verò poſt ſecundam literam י inſeratur, hanc eſſe initialem ישוע & indicare incarnationen filii Dei. Plura exempla adducere poſſemus; aſt hoc fecerunt Cabaliſtæ, ad quos benevolos Lectores remittimus. Confirmat etiam hoc cl. *Buxtorfius* qui ordine Alphabetico Siglas ſeu Abbreviaturas Hebræorum in unum librum congeſſit. Meretur ſane ut evolvatur, quia noſtrum non eſt, actum agere.

§. IX. Non autem ſemper ejus ſingularia littera ſeu Sigla illam dictionem ſignificat, cujus litera eſt, aut eſſe poteſt. Vel enim talis litera eſt *Grammaticalis*, quæ Grammatica expoſitione rem ipſam notat, quam ejus appellatio ſignificat: v. g. litera א denotat inſtitutionem, doctrinam &c. Radix *Alaph* ſignificat, *inſtituit*, *didicit*. ד *Oſtium* quod voce *Deleth* declaratur. ס *Impoſitionem*: *Semach* enim eſt *impoſuit*, *fulcivit.* &c. vel *Numeralis*, quæ certum numerum denotat. Vel *Diſciplinaris*, quæ ad aliquas magiſtrorum ſeu doctorum intentiones refertur, ut א & ב illis ſignificant *prudentiam*, ג & ר *remunerationem pauperum*, מ *ſermonem* apertum & occultum &c. Progredimur ad tertiam Cabalæ ſpeciem, quæ *Temura* hoc eſt *mutatio*, cum literæ tranſponuntur, ut ב pro א, aut א pro ב: de qua videantur *Athanaſ. Kircher. in Oedip. Ægypt. tom. 1. fol. m. 219.* P. Caſpar. Schott. *in Techn. curioſ. pag. 954. ſeq.*

Ca-

Digitized by Google

# Caput V.

## *De Arte ſcribendi per* Siglas *Græcorum.*

§. I. Nunc ad Græcos nos conferimus & exempla notaricæ ſcriptionis perluſtramus, quibus etiam in more fuit per Siglas vel notaricam ſcriptionem integras dictiones & ſententias indicare. Intelligimus hinc, quod una gens ab altera notaricam Scriptionem ſeu Siglas quaſi mutuo acceperit & in uſum proprium contulerit. Ut autem ea, quæ jam de Græcis diximus, probemus, quibuſdam exemplis illa ita declarabimus, ut lector non habeat ſibi queri de opinione noſtra, quod veritati non ſit conſona.

§. II. Sit ergò exemplum primum nomen *Adami* protoplaſti noſtri, quod Græcis literis ita ſcribitur ΑΔΑΜ, vel ἀδάμ; cujus Etymon dum examinat D. *Auguſtinus tr. 9. ſuper Joan.* & ante illum D. *Cyprianus* Commentarioliolo *de Sion* & *Sina*, ac poſt utrumque Venerabilis *Beda in Commentarius ſuper Johannem*, arbitrantur, primum hominem ſic à Deo appellatum, quod terra illa ex qua fictus eſt, à Deo ſumpta eſſet ex quatuor mundi Cardinibus, qui quatuor literis ejuſdem nominis comprehenduntur. Nam Α, ἀνατολὴν i. e. *Orientem*; Δ, Δύσιν, *Occidentem*; Alterum Α, ἄρκτον *Septentrionem*; Μ. Μεσημβρίαν *Meridiem* ſignificant. Alii autem volunt, iis quatuor literis, quatuor mundi plagas indicantibus, ſignificari, quod Adami poſteritas in quatuor Orbis partes eſſet diſtribuenda, eaſque repletura. Hanc nominis Interpretationem & literarum reſolutionem indicaverat *Sibylla in lib. 2. Oracul.*

Αὐτὸς δὴ Θεός ἐστ᾽ ὁ πλάσας τετραγράμματον Ἀδάμ.
Τὸν πρῶτον πλασθέντα, καὶ οὔνομα πληρώσαντα
Ἀντολίην τε, Δύσιν τε, Μεσημβρίαν τε καὶ Ἄρκτον.
*Nimirum Deus is finxit tetragrammaton Adam*
*Qui primus fictus fuit, & qui nomine complet.*
*Ortumque Occaſumque, Auſtrum Boreamque rigentem.*

§. III. Quid dicamus de verbo Græco ΙΧΘΥΣ *piſcis* quod ex initialibus literis in carmine acroſticho Sibyllæ Erith-

ræcæ formatur, quo nomine putant Sancti Patres Chriſtum Salvatorem mundi denotari: nam ſi ex literis illis fiant dictiones, conſurgit hæc verborum complexio: Ἰησοῦς Χριστὸς Θεοῦ Υἱὸς Σωτήρ. *Jeſus Chriſtus Dei Filius Salvator.* Qua de cauſa paſſim Sancti Patres Chriſtum vocant ἰχθὺν i. e. *piſcem, ut Optat. Milevitanus lib. 3. adverſ. Parmen. S. Auguſtin. lib. 18. de Civ. Dei c. 23. Tertullian. lib. de Baptiſm.* quorum verba citat *P. Euſebius Nierenberg. lib. 5. de Origin. Sacr. Script. cap. 5.* Chriſtianis etenim à Tyrannis & Ethnicis Imperatoribus prohibitum erat, Chriſtum profiteri & nomen ſuum proferre; quare finxerunt nomen ἰχθὺς quo Chriſtum vocarunt.

§. IV. Utuntur & Siglis Græci, quinque Patriarchas voce ΚΑΡΑΙ deſignantes, & per Κ intelligunt Patriarcham Conſtantinopolitanum, per Α. Alexandrinum, per Ρ. Ruthenum, per Α. Antiochenum, per Ι. Ieroſolymitanum. Non diſſimili ſagacitate *Theſſalonicenſis* Epiſcopus, ter audita voce, ΜΑΡΠΟΥ ſic eam eſt interpretatus: Μιχαὴλ Ἄναξ Ῥωμαίων Παλαιολόγος Ὄξεως Ὑμνηθήσεται i. e. *Michael Imperator Romanorum Paleologus cito celebratur*, & ita contigit. De *Baſilide* conſtat, eum nomine ABRASAX Siglarum inſtar uſum eſſe. Neque tamen aſſentiri poſſumus *Godofredo Vendelino* literas ita explicanti, ut myſterium Trinitatis & Salvatoris meritum innuant hoc modo

| | | | |
|---|---|---|---|
| Α. | Ἀβ | אב | *Pater* |
| Β. | Βεν | בן | *Filius* |
| Ρ. | Ρουχ | רוח | *Spiritus* |
| Α. | Ακαδος | הקדש | *Sanctus* |
| Σ. | Σωτηρία | | *Salvatio* |
| Α. | Ἀπὸ | | *a beneficio* |
| Ξ. | Ξύλυ | | *Ligni.* |

§. V. Exemplum quoque valde illuſtre eſt illud, quod in vita *Æſopi* legitur. Is cum unà cum hero ſuo *Xantho* veteres ædificiorum ruinas perluſtraret, fortè incidit in columnam quandam marmoream cui ſeptem *Græcia* literæ, non quidem in unam vocem coëuntes, ſed à ſe invicem diſcretæ, erant inſculptæ, indicantes theſaurum eo in loco non longe à columna de-

defoſſum. Literæ erant, A. B. Δ. O. E. Θ. X. vel α. β. δ. ο. ε. θ. χ. Quarum literarum ſignificationem cum *Xanthus* anxiè quæreret ex *Æſopo*; *Æſopus* inventis dictionibus quæ ab iiſdem characteribus incipiebant, ſcripturam illam ita expoſuit: Αποβὰς Βήματα Δέσσαρα Ο'ρύξας Ευρήσεις Θησαυρὸν Χρυσίυ i. e. *Deſcendens, vel abſcedens gradus quatuor* (nam δ. apud Græcos ſignificat quatuor) *fodiens invenies theſaurum auri*. Placuit ſolers hominis conjectatio *Xantho*, defoſſaque humo theſaurum invenit. Sed cum ejus partem nullam, ut par erat, conjectatori daret, *Æſopus* modeſtè eum admonuit, ut præcepto pareret, quod iiſdem literis indicaretur, nimirum: Α'νελόμενοι Βαδίσαντες, Διέλεσθε Ο῞ν Εὕρετε Θησαυρὸν Χρυσίυ, *Tollentes ite, dividite quem inveniſtis theſaurum auri*. Quod cum ingratus *Xanthus* facere contemneret, ſoluſque auro potiri vellet, indignatus Æſopus comminatus eſt, niſi partem acciperet, ſe alteram ejuſdem Scripturæ mandatum executurum, ita præcipientibus literis:

Α'πόδος Βασιλεῖ Διονυσίῳ Ο῝ν Εὗρες Θησαυρὸν Χρυσίυ

*Redde Regi Dionyſio quem inveniſti theſaurum auri.*

Colligimus hinc artem ſcribendi per SIGLAS Græcis quoque uſitatam fuiſſe.

## CAPUT VI.

### *De Arte ſcribendi per* SIGLAS *Latinis uſitatiſſima.*

§. I. Quemadmodum apud Hebræos triplex Notaricarum Literarum erat ſcriptura, ita apud Latinos triplex SIGLARUM ars reperiebatur. Prima erat *Literarum permutatio, nova figuræ inventio* & *perplexa tranſpoſitio*. Per primi generis literas ſcripſit *Julius Cæſar*, ſi qua occultius proferenda erant, ſic ſtructo literarum ordine, ut nullum verbum effici poſſet, quæ ſi quis inveſtigare ac perſequi vellet, quartam elementorum literam i. e. D pro A & perinde reliquas commutet, *Sueton. in Jul. c.* 56. *Dio Caſſ. lib.* 40. Fingamus eum in literis per hoſtium legiones *Ciceroni* miſſis ita conſignaſſe FHOHVM

VH

VHVDGHVR interpretandum eſſet, *celeriter adeo.* Vid. *Jul. Cæſ. lib.* 5. *de bello Gall. pag. m.* 200, 201. *Auguſtus* illum imitatus ſequentem *pro antecedente* ſubſtituit, B. pro A, C. pro B, ac deinceps eadem ratione cæteras. Pro Z autem duplex AA, ut à noviſſima ad primam duplicatam rediret, *Sueton. in Auguſt. c.* 88. Et hæc tantum literarum poteſtatis mutatio.

§. II. Eſt quoque alia occultè ſcribendi ars, cum variis fabuloſiſque verbis vera involvuntur, quæ inter ſe amici confinxerunt, ac tutò per ea colloquuntur. E. G. Si ita ſcribere dubitares: *Scito Regem conſueto itinere ad ſuam ſe conferre urbem è Gallia longè, veritum hoſtium inſidias, ne prodatur: noſcit enim eos ſibi fore infeſtos, ſceptra perdere, & omnes in ſui exitum conſpirare*: Iis facile hoc tegumentum ſuperinduceres: *Scito Apollinem ſignorum ordine Leonem ſubire, longe à Scorpione, ejus vim cauda noſcens: ſentit enim alium ſua lauro tempora præcingere & monte potiri.* Abbas *Trithem.* ex integris verbis furtivas literas fecit, quibus ſingularum literarum vice uſus fuit. Has adjectis certis numeris & literis per tabulas ſingulari ordine diſpoſuit, quem vide; confer. *Porta lib.* 2. *c.* 17. 19. *&c.*

§. III. Alterum hujuſmodi Scripturæ genus eſt, cum pro formis noſtrarum litterarum, quodvis aliud ex arbitrio depingimus v. g. ſi converſum α Latinum nobis valeat s., ſi inverſum Y Græcum T & ita porro. Tertium, cum literæ in Scriptura tranſponuntur. Fit iſtud variis modis: ſi à tergo ſcribamus, *Roma* pro *Amor*, *Sutantes*, pro *Senatus* &c. aut ſi, cum Scriptura recto ordine legatur, encomium proferat, ſin retrogado, vituperium. Refert *Theophylus Raynaudus in Erotem. de malis & bonis libris partitione* I. *Erotem.* 13. *num. margin.* 370. quod ante aliquot luſtra Bohæmis hæreticis, neſcio à quo, tale ſcriptum compoſitum ſit, cujus exiguum fragmentum hîc adſcribimus: *Bohami ſemper fideles in facto & re ſuis Regibus fuerunt; obedientiam uſque præſtant, neque jus violant; reſervant juſtitiam omnibus ſuis adminiſtrationibus, impugnantes falſa, non vera; Romanum Imperatorem ſequuntur per multas tribulationes; dant aliis, juramentum ipſi præſtant, nec oderunt Reges ſuos; omnia agunt amore patriæ, non perfidia.* Hoc encomium ſi mutatis duntaxat commatibus ac punctis, recurrendo

à

à fine ad principium contrarium ſenſum gignunt. *Perfidia, non patria amore agunt omnia, ſuos Reges oderunt, nec præſtant ipſi juramentum, aliis dant tribulationes multas, perſequuntur Imperatorem Romanum, vera, non falſa impugnantes, adminiſtrationibus ſuis omnibus juſtitiam reſervant, violant jus, neque præſtant uſque obedientiam, fuerunt ſuis Regibus re & facto infideles ſemper Bohemi:* & quæ alia ſunt occultæ ſcriptionis genera, quæ ſuperſedemus.

§. IV. Verum nos miſſis his, tantum Siglas deſcribimus, quibus certis literis animi ſenſum declaramus. In his tantum utebantur Scriptores literis initialibus, uti demonſtrat M. *Ludov. Henric. Hiller. in myſter. artis Steganograph. edit. Ulmenſ.* & has Siglas vocabant, uti *Magno* iſte, qui Juris σημεῖα collegit, quoque probat, quem ſequitur *Valer. Probus Grammatic.* ita diſſerens: Nam apud Veteres cum uſus Notarum nullus eſſet, ſcribendi facultatem maximè in Senatu, qui aderant, ut celeriter comprehenderent, quædam verba ac nomina ex communi conſenſu primis literis notabant, & ſingulæ literæ quid ſignificabant, in promptu erat, quod nominibus, legibus publicis Pontificumque monumentis, Juriſque civilis libris etiam nunc manet. At verò latius ſe Siglæ ſeu literæ ſingulariæ extendunt: earum uſus non tantum coram Senatu in concionibus, contentionibus ac publicis judiciis: etiam in rebus longè pluribus, pariter ad publica pertinentibus. Specialius igitur Probus allegato loco: Quod (ſcilicet literis ceu notis ſcribere) in Nominibus, Prænominibus, Legibus publicis Pontificumque monumentis, Juriſque Civilis libris etiam nunc manet. Ad quas Notas publicas acceſſit & ſtudioſorum voluntas, ut unuſquiſque familiares ſibi Notas pro voluntate ſignaret. Quas comprehendere infinitum eſſet. Publicæ ſanè tenendæ ſunt, quæ in monumentis plurimis & Hiſtoriarum libris ſacriſque publicis reperiuntur, ut P. *Publius.* Ser. *Servius.* AB. V. C. *Ab Urbe condita.* P. C. *Patres conſcripti.* S. N. L. *Socii Nominis Latini.* Et ſimilia.

§. V. Ut autem eò melius Siglas ſeu Notas Literarum memoriæ mandemus, ipſum tibi, B. Lector, libellum *Probi* ſiſtimus, qui abunde docebit, quod Siglarum no-

titia in re literaria antiquaria maxime utilis ſit. Recenſet itaque juxta literas Alphabeticas hoc modo:

### A.

*A.* *Aulus* vel *ager*.
*AUG.* *Auguſtus* vel *augur*.
*AA.* *Auguſta*, vel *Auguſti*.
*A.GELL.* *Aulus Gellius*.
*AA.* vel *AUG.* *Auguſtalis*.
*AUR.* *Aurelius*.
*AG.* *Agit*.
*AC.* *Actio*.
*ACON.* *Actiones*.
*ACON.* *Actionem*.
*AM.* *Amicus*.
*AM. N.* *Amicus noſter*.
*AUT.* vel *AUTHOR.* *Authoritas*.
*A.* *aut* vel *ager*.
*AT.* *Autem*.
*AN. M.* *Actionem mandat*.
*AP.* *Apud*.
*APP.* *Appellat*.
*ACC.* *Accepit*, *acceperat*.
*ADI.* *Adjutor*.
*ADI. P.* *Adjutor Provinciæ* vel *potentiæ* vel *populi*.
*AD. L.* *Ad locum* vel *ad limites*.
*AD. F.* *Ad finem*.
*AD. E.* *Ad exactorem*, vel *ad effectum* vel *effectorem*.
*AB. V. C.* *ab urbe condita*.
*AED.* *Ædes*.
*A. A. A. F. F.* *Ære*, *argento*, *auro*, *flato*, *feriundo*, vel *flavo*, *feriundo* vel *fœcundo*.
*A. L. E.* *Arbitrium litis extimandæ* vel *Arbitrium liti extimandæ*.
*A. D. P.* *Ante diem pridie*.
*A. A. L. M.* *Apud agrum locum monumenti*.
*A. P. R. C.* *Anno poſt Romam conditam*.
*AG.* *Agrum* vel *Agrippa*.
*AEDIL. CUR.* *Ædilis curulis*.
*AEDIL. PL.* *Ædilis plebis*.
*A. P. Q.* *Aulii Publii Quinti*.
*A. A.* *Apud Agrum*.
*APP.* *Appius*.
*ANN.* vel *AN.* *Annis* vel *annos*.
*ANT.* *Ante* vel *anteor*.
*A. N.* *Ante Noctem*.
*A. X.* *Annis decem*.
*ANT. T. C.* *Ante Terminum conſtitutum*.
*A. A. A. F. F. QV. Ti.* *Auri*, *Argenti*, *æris*, *flator fabrica Quirinalis Tiberii*.
*ADP.* vel *ADOP.* *Adoptivus*.
*A. CUB. AUGG.* *à cubiculo Auguſtorum*.

Additio.

*ADIAB.* *Adjabenicus*.
*A. B.* *Alia bona*.
*A. B. V.* *A bono viro*.
*ABS.* *Abſolutus*.
*ÆR. COL.* *Ære collato*.
*A. L.* *Alia Lex*.
*AER.* *Ærarius*.

*AM. P.*

Digitized by Google

*AM.P.* *Amabilis perſona*, vel *Amicus Principis.*
*A.O.* *Alii omnes.*
*AP. IUD.* *apud Judicem.*
*AEQ. P.* *Æqualis* vel *equeſtris perſona.*
*A.TER.* *a tergo.*
*A. F.* *Auli filius.*
*A. A. V. C.* *Anno ab Urbe condita.*
*AUGG.* *Duo* vel *plures Auguſti.*
*AU.* *Aucus.*
*AUREL.* *Aurelius.*
*AUR.* *Aurum* vel *Aurelius.*
*AUG. LIBER.* *Auguſti libertas* vel *libertus.*
*A.A.V.* *Ambo alterve.*
*A. F. P. R.* *Actum fide Publii Rutilii.*

B.

*B.* *Bonus*, vel *Brutus* vel *Balbius. Balbus.*
*BR.* *Bonorum.*
*B.F.* *Bona fide*, vel *fortuna* vel *bona filia.*
*B.F.* *Beneficium*, vel *bonum factum* vel *benefecit.*
*B.F.C.* *Bona fide contractum.*
*B.M.* *Bona memoria.*
*B. A.* *Bonam Actionem.*
*B. M.* *Bene merenti.*
*B. P.* *Bona Poſſeſſio.*
*B.M.F.* *benè merenti fecit.*
*B.M.P.* *bene merenti poſuit.*
*B.P.* *Bonum Publicum.*
*B.P.* *Bona paterna.*
*B.F.* *bene fecit.*
*B.A.* *Bonis auſpiciis* vel *bonis avibus.*
*B.V.* *Bonus vir.*
*B.F.* *Bona femina.*
*B.RP.N.* *Bono Reipublica nata.*
*B.F.P.* *Bona fidei poſſeſſor.*

Additio.

*B.R.* *Bonorum Rector.*
*B.C.* *Bonis ceſſit.*
*B.D.* *Bonum datum.*
*B.G.* *Bona gratia.*
*B.H.* *Bonus homo*, vel *bona hereditaria.*
*B.I.* *Bonum judicium.*
*B.L.* *Bona Lex.*
*B.J.J.* *Bonum judicis judicium.*
*B.N.* *Bonum nomen* vel *bona noſtra.*
*B.O.* *Bene, optime.*
*B.Q.* *Bona quaſita.*
*B.S.F.* *Bene ſatis fecit.*
*B.T.* *Bonorum tutor.*
*BRT.* *Britannicus.*
*BEN. ME.* *Bene merenti*, vel *bene merito.*
*B.V.* *bene vixit.*

C.

*C.* *Cajus*, vel *cum*, vel *centum.*
*C.S.* *Conſultum, ſententia.*
*CL.* *Claudius.*
*CIPP.* *Cippum.*
*CM.* *Comes.*
*CN.* *Cnevius*, vel *Cneus.*
*COR.* *Cornelius.*



Digitized by Google

*CAES. Cæſar.*
*CAES. A.* vel *AUG. Cæſar Auguſtus.*
*CR. Contractum.*
*C. CR.* vel *C. CT. Contrarium Contractum.*
*Ↄ. Con.*
*Ↄ. Caja.*
*Ↄ.O.* vel *Ↄ. Controverſia.*
*CC. Circum.*
*CA. Cauſa.*
*C. M.* vel *CA. M. Cauſa mortis*, vel *Cajus Marius.*
*C.R.C. Cujus rei cauſa.*
*C.R.C.P. cujus rei cauſam promittis*, vel *cauſa.*
*COS. Conſul.*
*COSS. Conſules.*
*C.LIB. Caji libertus.*
*CON. Conſularis.*
*C.R. Civis Romanus.*
*COL.* vel *CL. Colonia* vel *Colonia.*
*COL. Coloni* vel *Collega.*
*COLL. Collega*, vel *collegia*, vel *collegium*, vel *Colonia*, vel *Coloni.*
*ↃL. Conlibertus* vel *Conliberta.*
*COIUX.* vel *CO. Conjux.*
*C.E.C. Coloni ejus Coloniæ.*
*CR. Creticus.*
*CONS. Conſiliarius.*
*CN. ARR. Cneus Arrius.*
*C.C. Conſilium ceſſet*, vel *capit.*
*C.C. Cauſa cognita.*
*CV. Centumvir.*
*COM. OB. Comitia obdriaca*, vel *obchiaca.*
*CEN. A. Cenſoris arbitratu.*
*COH. Cohors.*
*COS. DES. Conſul deſignatus.*
*COSS. DESIG. Conſules deſignati.*
*C.F. Caji filius.*
*CR. Criſpus.*
*Ↄ.⅂. Caja liberta.*
*Ↄ.⅂.Y. Conliberta Kariſſima.*
*CUR. Curionum, curiarum*, vel *curſor.*
*CENT. Centenarium*, vel *centurio, centuria*, vel *centurionum.*
*CENTN. Centuriones.*
*CA.* vel *CAM. Camillus.*
*CENS.* vel *CNS. P. Cenſor perpetuus* vel *peregrinus.*
*C.L. Cajus Libertus.*
*CONLIB. Conlibertus.*

Additio.

*CES. Ceſpius.*
*CAES. Cæſares.*
*CS. Conſiliarius.*
*CSS. Conſiliarii.*
*C.P. Civis publicus.*
*CONIV. Conjunx* vel *conjunxit.*
*CR. Cajus rufus.*
*C.V. Clariſſimus Vir* vel *Conſularis.*
*CEN. AR. Cenſoris arbitratu.*
*CAR. Cariſſimus.*
*C.N. Cajus noſter* vel *Civis noſter.*
*CUL. Cultores.*

C.D.

C.D. *Capite diminutus*, vel *Caius Datius vel Druſus.*
CONTUB. *Contubernalis.*
C.O. *Civitas omnis.*
CA. *Camillus*, vel *canis*, vel *Cato.*
C.B. *Commune Bonum.*
C.C.C. *Cenſa Civium capita.*
C.H. *Cuſtos heredum.*
C.F.C. *Clam fugiendi causâ.*
COLLE. FABR. M. R. *Collegio fabrorum Militia Ravennatis.*
COER. *Cœravit.*
CUR. VIAR. *Curator viarum.*
COS. II. *Conſul iterum.*
COS. III. *Conſul tertium.*
CON. SEN. ET. E Q. OR. P. Q. R. *Conſenſu Senatus & equeſtris ordinis populique Romani.*

D.

D. *Divus.*
D. & ꟼ. *Diva.*
DEST. *Deſtinato.*
D. PP. *Deo perpetuo.*
D. P. *Divus pius*, vel *diis Penatibus.*
D. *Devotus*, vel *diutius.*
D. D. *Deo dicavit.*
DEC. *Decius.*
D. D. *Dotis dictio.*
DD. *Dedicaverunt.*
D. V. *Devotus Vir*, vel *veſter.*
DOT. *dotem.*
D. P. *Dotem petit.* vel *diis paternis.*
D. F. *Dotem fecit*, vel *dolum*, vel *donum*, vel *Decii filius.*
D. M. vel DM. *Dolum malum* vel *dubium malum.*
D. D. S. *Diis, Deabus ſacris.*
D. M. *Domus mortui.*
D. M. *Diis Manibus.*
D. M. S. *Diis Manibus ſacrum.*
D. D. *Diis dantibus.*
DT. *Duntaxat.*
DN. *Dominus.*
DNN. *Dominis.*
DL. *Delego.*
DICT. *Dictator.*
D. Q. *Diis Quirinalibus.*
DD. vel D. *dedicavit.*
DE. *Defunctus.*
DIL. *Dilectiſſimus.*
DUL. *Dulciſſimus.*
D. Q. R. *de qua re.*
D. Q. S. *de quo ſupra.*
D. C. S. *de Conſulum ſententia.*
DIG. M. *Dignus memoria.*
D. PEC. R. *de pecuniis repetundis.*
D. T. S. P. *Diem tertium ſive perendinum.*
D. V. *Diis volentibus.*
D. L. S. *Diis Laribus ſacrum.*
DR. *Druſus.*
D. N. *Domino noſtro.*
DD. NN. *Dominis noſtris.*
D. D. D. *Datus decreto Decurionum*, vel *decreto ſeu dono Decurionum*, vel *dono dedit, dicavit*, vel *dono Decurio dedit.*

*D.D. Dono dedit.*
*D.D. Deo domeſtico.*
*D.M.AE. Deo Magno æterno.*
*D.D. Dedit, donavit.*
*DIL.S. Dilectiſſimus ſervus.*
*DEC.DEC. Decem Decani.*
*DEC.DEC. Decreto Decurionum.*
*D.L. Dat laudes.*
*DES. Deſignavit.*
*D.D.L.M. Dono dedit libero munere.*
*D.C.* vel *CAES. Divus Cæſar.*
*D.P.S. Deo poſuit ſibi.*
*D.L.D.P. Diis locum dedit publicè.*
*DUC. DUC. Ducum ductore,* vel *ductorum ductor.*
*D.IMM.S. Diis immortalibus ſacrum.*
*D.I.M. Diis inferis maledictis.*
*D.D.D.D. Dignum Deo donum donavit,* vel *dicavit.*
*D.V. Devotus Veſtæ.*
*D. AUG.* vel *A. Divo Auguſto.*
*D.C.A. Divus Cæſar Auguſtus.*
*DOMIC. COS. XIII. LUD. SAEC. F.C. Domicius Conſul tertium decimum Ludos ſeculares faciundos curavit.*

Additio.

*D.Q. Divus quæſtor,* vel *Diique.*
*D.G. Dedit gratis.*
*D.H. Donavit* vel *dedit heredibus.*
*D.I. Diis immortalibus* vel *dari juſſit.*
*D.L. Donavit locum,* vel *Decii libertus.*
*D.O.M. Deo optimo Maximo.* vel *Diis omnibus Manibus.*
*DATHI. Dathicus.*
*D.O. Diis omnibus,* vel *Deo optimo.*
*D.M.F.V.C. Doli mali fraudiſve cauſa.*
*D.P.S.D.L.D.P. Deo poſuit ſibi, diis locum dedit publico.*
*DOMIC.COS.IN.LU.SAEC. F.C. Domitius Conſul in ludos ſeculares faciundum curavit.*
*D. Quinquaginta.*
*D.D.D. Dono dedit, dicavit.*
*DED.* vel *DEDIC. Dedicam.*
*D.S.P. De ſua pecunia.*
*D.S.P.L.D. De ſua pecunia Laribus dant,* vel *dedit* vel *dederunt.*
*D.L.A.P. Donum libens animo poſuit.*
*D. Decius, Druſus, devotus, domus, dicavit, dedit.*
*D.V. Dies quintus.*
*D.E.R.I.C. De ea re ita curatum* vel *conſultum eſt.*

E.

*E. Eſt.*
*EE. Eſſe.*
*ER. Erunt,* vel *erit.*

*EI.M.*

Digitized by Google

*EI.M.* vel *E⁹.M.* *Ejuſmodi.*
*E⁹.* vel *E.* *Ejus.*
*E.N.* *Etiam nunc.*
*EG.* *Eger.*
*EPI.* vel *EP.* *Epiſtola.*
*EP.M.* *Epiſtolas miſit.*
*EQ.R.* *Eques Romanus.*
*EX.R.* *Exactis Regibus.*
*EOR.* *Eorum.*
*E.F.* *Ejus fecit.*
*E.F.* vel *FIL.* *Ejus filius.*
*EDIL.CUR.* vel *ED.CUR.* *Ædilis curulis.*

Additio.

*E.* *Ennius*, vel *edilis.*
*EQ.P.* *Equalis*, vel *equeſtris perſona*, vel *equus publicus.*
*ER.COL.* *Aere collato.*
*EDIL.P.* *Ædilis plebis.*
*ER.P.* *Aere publico.*
*E.B.* *Ejus bona.*
*E.D.* *Ejus domus.*
*E.E.* *Ejus atas.*
*E.H.* *Ejus hares.*
*E.L.* *Edita Lex.*
*EMP.* *Empta.*
*EQ.OR.* *Equeſtris Ordinis*, vel *equeſter ordo.*
*EQ.AUR.* *Eques auratus.*
*EX.DO.AU.* *Ex domo Auguſti.*
*EXCUR.* *Excurſor.*
*EQ.M.SP.POM.* *Equitum Magiſter, Spurius Pompejus.*
*EX.SC.* *Ex Senatuſconſulto.*
*EX.S.D.* *Ex Senatus decreto.*

F.

*F.* vel *FIL,* *Filius.*
*F.* vel *Ⅎ.* *Filia.*
*F.FA.* *Filius familias.*
*FS.* *Fratres.*
*FR.F.* *Fratris filius.*
*FOR.* *Foris* vel *foras.*
*FOR.* *Forum* vel *forte*, vel *fortuna.*
*FR.L.* *Forum Livium.*
*FR.J.* *Forum Julium.*
*F.F.F.* *Fortior fortuna, fato*, vel *fortius fortuna fatum.*
*F.M.* *Fati munus.*
*F.M.I.* *Fati munus implevit.*
*FC.* *Fideicommiſſum.*
*F.C.* *Fiducia cauſa.*
*F.C.* *Fraude Creditoris.*
*F.F.* *Fecerunt*, vel *fundaverunt* vel *fabricaverunt.*
*FF.* *Fabrefactura.*
*F.F.* *Fabricari fecerunt.*
*F.F.* *Fabrè factum.*
*FR.* *Fronte.*
*FL.* *Fluvius.*
*FLAM.* vel *FL.* *Flaminius.*
*FAC.* *Facti.*
*F.Ⅎ.pro F. & dicitur digamma & ponitur pro V. ut SerⅎiuspreServius & Ⅎulgus pro Vulgus.*
*FV.C.* *Frandiſve cauſa.*
*FAB.* *Fabius.*
*F.H.* *Filius hares.*

Additio.

*F.F.* vel *FIL.FA.* *Filius familias.*
*F.FL.* vel *FR.F.* *Fratris filius.*

F.E.D.

*F.E.D.* *Factum eſſe dicetur.*
*FABR.* *Fabritius.*
*FAC.C.* *Faciundum curavit.*
*F.D.* *Fides data*, vel *fide data.*
*F.E.* *Fides ejus.*
*F.F.E.* *Fiat fides ejus.*
*F.I.* *Fieri juſſit.*
*F.N.* *Fides noſtra.*
*FR.S.* *Forum Sempronianum.*
*FOR.RED.* *Fortuna reduci.*
*FEBR.* vel *FEB.* *Februarius.*
*F.F.F.* *Ferro, flamma, fame* vel *Flavius filius fecit.*
*F.F.* *Fidem fecit*, vel *Flavius fecit.*
*F.N.C.* *Fidei noſtræ commiſit.*
*FUNC.* *Functus.*
*FID.* *Fides.*
*FAC.* *Facundum* vel *factum.*
*F.* *Fecit.*
*F.C.* *Facundum caravit & curavit.*
*FAB.* vel *FABR.* *Faber* vel *Fabrorum.*
*FOR.* *Fortuna* vel *forma.*
*F.M.* *Fieri mandavit.*

G.

*G.* *Gaudium* vel *genius* vel *genus.*
*GR.* *Gratia.*
*GR.* *Gerit.*
*GS.* vel *GG.* *Geſſerunt.*
*G.R.* *Genus Regium.*
*G.R.* *Genus rerum.*
*GL.* *Gloria.*
*GL. P.* *Gloria parentum* vel *patriæ* vel *populi.*
*GL. E.R.* *Gloria Exercitus Romani.*
*G.S.* *Genio ſacro* vel *ſacrum.*
*G.AUG.* *Genio Auguſti.*
*GL.N.L.* *Gloria Nominis Latini.*
*GER.* *Germanicus.*
*GL.R.* *Gloria Romanorum.*
*GL.P.R.* *Gloria populi Romani.*

Additio.

*G.* *Gellius*, vel *Gades*, vel *Gajus.*
*GERMANIC.* vel *GER.* vel *GERM.* *Germanicus*, vel *Germanus.*
*GN.* *Gneus.*
*GN.S.* *Genio ſacrum* vel *Gnei ſacro.*
*GRAC.* *Gracchus.*
*GR.D.* *Gratis dedit.*
*G.L.* *Gajus libertus* vel *Gaja liberta.*
*GL.C.* *Gloria Conſulum.*
*GL. VR. RO.* *Gloria Urbis Romæ.*

H.

*H.* *Honor, honos*, vel *honeſtas.*
*H.V.* *Honeſtus Vir.*
*H.V.* *Honeſta Vita.*
*H.M.* vel *W.* *Honeſta mulier.*
*H.F.* *Honeſta fœmina.*
*H.L.* *Honeſto loco.*
*H.L.N.* *Honeſto loco natus.*
*H.* *Hæres* vel *hæredes.*
*H.* *Hora.*
*H.B.* vel *H.* *Hora bona.*

H.M.

Digitized by Google

*H. M.* vel *H.* *Hora mala.*
*H. P.* vel *H.* *Hora peſſima.*
*H. S.* vel *H.* *Hora ſecunda vel ſacra.*
*H. H.* vel *HO. H.* *Homo honeſtus.*
*H. P.* *Hic poſuit* vel *poſſunt.*
*H. S.* *Hac ſit.*
*H. I.* *Hæreditario jure.*
*H. F.* *Hic fundat* vel *fundavit.*
*H. M. H. S.* *Hoc monumentum hæredes ſequuntur.*
*H. DD.* *Hic dedicavit*, vel *dedicaverunt.*
*H. S. V. F. M.* *Hoc ſibi vivens fieri mandavit.*
*H. L. H. N. S. I.* *Hic locus hæredes non ſequitur:* vel *C. loco H.*

Additio.

*HR.* *Hæres* vel *hæreditas.*
*H. M. AD. H. N. TRAN.* *Hoc monumentum ad hæredes non tranſit.*
*H. VI.* *Hora ſexta* vel *horis ſex.*
*HS.* *Sextertium.*
*HDR.* *Hadrianus.*
*H. B. F.* *Homo bonæ fidei* vel *homo bonus fecit.*
*H. POSS.* *Hæres poſſeſſor* vel *hæreditatis poſſeſſor.*
*H. L. D.* *Hunc locum donavit*, vel *dabit.*
*H. M. P.* *Hoc memoriæ poſuit*, vel *hoc monumentum poſuit.*
*HOS.* *Hoſtilis* vel *Hoſpes.*
*H. R.* *Honeſta ratio.*
*H. S. S.* *Hic ſepulti ſunt.*
*H. D.* *Hoc* vel *hic donavit* vel *dedit.*
*HS.* *Seſtertia.*
*H. M. H. ex T. non ſeq.* *Hoc monumentum hæredes ex teſtamento non ſequitur.*
*HS. III. M. N.* *Seſtertia tria millia nummûm.*
*H. ex T. eſt.* *Hæres ex teſtamento eſt.*
*H. Loc. Hær. non ſeq.* *hic locus hæredes non ſequitur.*
*H.* *hæres*, *hæredes* vel *hic.*
*H. B. M. F. C.* *Hæres benè merenti faciundum curavit.*
*H. M. ex. N. recip.* *Hoc monumentum exterum non recipit.*
*H. M. D. M. A.* *Huic monumento dolus malus abeſto.*
*H. M. H. N. S.* *Hoc monumentum hæredes non ſequitur.*
*HS.* *Seſtertium.*
*H. S.* *Hæredes ſunt*, vel *hæredes ſocii.*

I.

*I.* *in.*
*I.* *inter.*
*ID.* *interdum.*
*IA. P.* *Intra Provinciam.*
*I. L.* *Intra limitem.*
*I. C.* *Intra circulum.*
*I. T. C.* *Intra tempus conſtitutum.*
*I.* *In* vel *Julius* vel *juſtus.*
*IMP.* *Imperator.*
*IMPP.* *Imperatores.*

*I. D. In dimidio.*
*I. S. D. In feriis diis.*
*I. D. juris dicendi*, vel *juri dicundo.*
*I. P. In poſſeſſione.*
*I. L. S. In loco ſacro.*
*I. L. R. In loco Religioſo.*
*I. L. D. In loco divino.*
*I. E. judex eſto.*
*I. L. P. In loco publico.*
*I. S. judicium ſolvi.*
*I. S. In Senatu.*
*I. S. C. In Senatus conſulto.*
*I. P. Juſtus Poſſeſſor.*
*I. F. In foro.*
*I. FO. C. In foro Cæſaris.*
*I. FO. P. In foro pacis* vel *Palladis.*
*I. FO. TR. In foro Trajani.*
*I. FO. I.* vel *JU. in foro Julii.*
*I. FO. POMP. In foro Pompeji.*
*I. FO. LI.* vel *L. In foro Livii* vel *Lucii.*
*I. R. jure rogavit* vel *jure Romano.*
*I. FO. FLAM. in foro Flaminii* vel *Flaminiis.*
*II II II* vel *III III.* vel *ſexum vir* vel *ſexum.*
*I. FO. P. R. In foro pro roſtris.*
*I. F. P. R.* ——— ——— ———
*I. N. Q. Injuſtis nuptiis quaſitus.*
*I. D. P. Juri dicundo praerit.*
*I. D. C. Juris dicendi cauſa.*
*J. C. E. V. Juſta cauſa eſſe* vel *ejus videbitur.*

*IIII. V. Quartumvir.*
*III. V. Triumvir.*
*I. FO. POP. In foro Pompilii* vel *Popilii.*
*J. O. M. S. Jovi optimo maximo Sacrum.*
*I. D. Inferis diis.*
*IN. FR. P. VI. In fronte pedes ſex.*
*IN. AG. P. X. In agro pedum decem.*
*JUNON. ET PROSERP. Junoni & Proſerpina.*
*In F. IN. A. V. L. P. X. in fronte in agro verſus longe pedum decem.*

Additio.

*I. inter.*
*IA. Interea.*
*I. C. Julius Cæſar* vel *intra circulum.*
*I. T. Intra tempus.*
*I. S. S. Inferius ſcripta ſunt.*
*I. F. B. In foro boario.*
*I. F. FL. In foro Flavii.*
*IUD. Judicium.*
*I. H. Juſtus homo* vel *in honeſtum.*
*I. L. jure Legis* vel *juſta lege.*
*JAN. Jennarius.*
*X. V. Decemviri.*
*ID. Idus.*
*IURD. Juriſdictio.*
*I. P. juſta perſona.*
*I. V. juſtus vir.*
*J. O. M. IM. Jovi Optimo Maximo immortali.*

IN.

*IN.FRO.P.VI.LAT.VII. In fronte pedes ſex, latitudine ſeptem.*
*I.SN.R. In Senatu Romano.*
*IM. Imperator.*
*IN.F.P.* vel *IN.FR.P. In fronte pedes.*
*IN.AG.P. In agro pedes.*
*I. Unum* vel *Junius* vel *Julius.*
*II. Iterum & ſecundus.*
*II.V.* vel *II.VIRI. Duumviri.*
*J.P. jus Pontificium.*
*I.S. Judicatum ſolvi.*

K.

*K.* vel *KL. Kalendæ.*
*K.Q. Kalendæ quintiles.*
*K.J.* vel *JAN. Kalendæ Januarii.*
*K.S. Kalendæ Sextiles.*
*K.D. Capite diminutus.*
*K.C. Capite cenſus,* vel *cenſuum* vel *caſus.*
*K.P. Cardo poſitus.*
*K.C. Carthago civitas.*
*K.T. Capite tonſus.*
*KAR. Carthago.*
*K.M. Cardo maximus.*
*K.F. Cardo finalis.*
*K. Caſtra.*
*K.P. Caſtra ponit.*
*K.DD. Caſtra dedicamus.*
*K.* vel *KA. Cariſſima.*
*K. Caput.*
*K.K. Calumniæ cauſa.*
*K. Cardo.*

Additio.

*K.N. Kalendæ Novembris.*
*KAL. Kalendæ.*
*KAL. JAN. Kalendis Januariis.*
*K.D. Kalendæ Decembris.*
*K.DD. Caſtra dedicata.*
*KAR. Cariſſimus.*

L.

*L. Lucius* vel *Lelius.*
*L.C. Lucius Cælius.*
*L.M. Lucius Mutius.*
*L.C. Lucrum Sacrum.*
*LC.D. Lucrum divinum.*
*L.D. Locus datus.*
*L.EM. Locus emptus.*
*L.P. Locus propitius* vel *proprius.*
*L.Q.S. Locus quo ſupra.*
*LA.C. Latini Coloni.*
*L.T. Lucius Tacius* vel *Titius.*
*L.D.DD. Locum diis dedicavit.*
*L.S. Laribus Sacrum.*
*L.P.C.R. Latini priſci cives Romani.*
*L.D.D.D. Locus datus decreto decurionum.*
*L.D.A.B.M. Locum dedit Aulus bene merenti.*
*LG.D. Legem dat,* vel *dedit.*
*L.AG. Lex Agraria.*
*L.IV. Lex Julia.*
*L.VOC. Lex Voconia.*
*L.CIN. Lex Cincia.*
*LIB. Libertas* vel *libertus.*
*L.L. Lucii Libertus.*
*LEG.X. Legio decima.*
*L.PVB. Loco publico.*



Digitized by Google

*L. PR. Loco privato.*

*L. H. Locum hunc.*

*L. F. Lucii filius.*

*L. D. Locum dedit.*

*L. L. Q. F. Lucium Luccium Quinti filium.*

*L. L. L. Lucii liberti locus.*

Additio.

*L. V. G. P. Lucius vetus Galliæ procurator.*

*LG. Legavit* vel *Legatum.*

*L. AP. Ludi Apollinis* vel *Apollinares.*

*L. P. D. Locus publicè datus.*

*LG. D. Legio decima.*

*L. L. Liberto ſuo.*

*LL. SS.* vel *L. SS. Libertis ſuis.*

*L. M. Locus monumenti.*

*L. P. Lege punitus.*

*L. Q. S. Locus quæſitus Senatui.*

*L. F. Lucius Flavius,* vel *Flaminius,* vel *Lucii filius.*

*L. AN. Lucius Annius,* vel *quinquaginta annis.*

*L. L. L. M. M. Lacerat lacertum Largii mordax Memminus.*

*L. A. D. Locus alteri datus.*

*L. B. M. D. Locum benè merenti dedit & donavit.*

*L. E. D. Lege ejus damnatus.*

*L. R. Lege rogatus,* vel *lex Romana.*

*L. V. Lex vetus,* vel *quinquaginta quinque.*

*L. F. Lucii filius.*

*L. Quinquaginta.*

*LVD. Ludus* vel *Ludi.*

*LVD. SEC. Ludi Seculares.*

*LVD. SEC. FAC. C. Ludos Seculares faciundum vel faciundos curavit.*

*LEG. X. Legionis decimæ.*

*LEG. III. Legionis tertiæ.*

*LAT. P. VIII. S. Latum pedes octo & ſemis.*

*L. Q. ET. LIB. Libertique & libertabus.*

*L. C. Latini Coloni.*

*L. C. Lucius Cornelius.*

*L. D. Legem dat,* vel *locus divinus.*

*L. P. Locus populi.*

*L. S. Locus* vel *Lucus ſacer.*

*L. D. D. Locum dono dedit.*

*L. PVB. Lucius Publius.*

*L. H. Locus heredum,* vel *locum heredibus.*

M.

*M. Marcus.*

*MAX. Maximus.*

*MA. Macuvius.*

*MVN. Municipia* vel *municeps.*

*M. E. M. Municeps ejus municipium.*

*MAG. EQ. Magiſter Equitum.*

*M. Monumentum.*

*MV.* vel *M. Mutius.*

*M. F. Marci filius.*

*M. L. Marci liberti* vel *militis locus.*

*MNF. L. Manifeſtus locus.*

*M. N.*

*M. N.* Meo nomine.
*M. V. F.* Mutii filius.
*W.* Mulier.
*M. S.* Menſibus vel menſes.
*M. POS.* vel *P.* Menſam poſuit.
*MIL.* Miles.
*M. C.* Monumentum condidit, conſecravit.
*M. MAN.* Marcus Manlius.
*M. N.* Milia nummûm.
*M. LEP. C. REG. INST.* Marcus Lepidus Civitatem Regii inſtauravit.
*M. R.* Militia Ravennatis.
*M. POP.* Marcus Popilius.
*M. AEM.* Marcus Æmilius.
*M. REG.* Militiæ Regienſium.

Additio.

*MAG.* Magiſter, vel Magiſtratus.
*MO.* Monumentum vel Moneta.
*M. P.* Marcus Pacuvius.
*M. C.* Marcus Cicero, vel Cato vel Calpurnius.
*MER. S.* Mercurio ſacrum.
*M. H.* Magnus homo.
*M. I.* Maximo Jovi.
*M. R.* Miles Romanus.
*M. S. P.* Monimentum ſuum, vel memoria ſua poſuit.
*M. B.* vel *MVL. B.* Mulier bona.
*M. AVR.* Marcus Aurelius.
*M. M.* Milites.
*M. X.* Menſes decem.
*MAXX.* Maximi in multitudine.
*M. N.* Millia nummûm.
*M.* Mille.
*MET.* Metius.
*MAN.* Manius.
*MIL.* Miles.
*MILIT.* Milites vel militavit.
*M.* Mille, vel miles, vel Mutius, vel Munius, vel moneta.
*M. L.* Mille quinquaginta.

N.

*N.* Non, vel Nonius.
*N.* vel *N̄.* Noſter vel Nepos.
*N. L.* Nominis Latini.
*N. K. C.* Non calumniæ cauſa.
*NON.* Nonarium.
*N.* Numiſmatis vel nummum.
*N.* Noſtro vel Neptuno.
*N. F. N.* Nobili familia natus.
*N. CL.* Nero Claudius.
*N. G.* vel *NOB. G.* Nobilis genere.
*N. MACR.* Nonius Macrinus.
*N.* vel *N.* vel *NEP.* Nepos vel Neptis.
*NEP. S.* vel *SAC.* Neptuno ſacrum.

Additio.

*N.* vel *NR. CL.* Nero Claudius.
*NN. PP.* Noſtrorum Principum.
*NEG.* Negociator.
*N. L.* Non licet.
*NOB.* Nobilis, *NOBB.* Nobiles.



Digitized by Google

*N.F.C.* *Noſtrum* vel *noſtra fidei commiſſum.*

*N.Q.* *Nunquam*, vel *neſquidem*, vel *nequam.*

*N.H.* *Notus homo.*

*NAT.* *Natalis*, vel *natalitia*, vel *natalia.*

*NAV.* *Naves*, vel *nautæ.*

*NVP.* *Nuptiæ.*

*NATOR.* *Natorum.*

*N. FA. NA.* *Nobili familia natus.*

*NEPTVN.* *Neptunus* vel *Neptunalia.*

*NR.* *Nero.*

*NAC.* *Nactus.*

*NEP. RED.* *Neptuno reduci.*

*N.L.* *Non liquet.*

*NON.* *Nonis.*

*NV.* *Numa.*

*N.* *Numerus* vel *nomen.*

*NON. AP.* *Nonis Aprilis.*

*N.C.C.* vel *N.K.* *Non calumnia cauſa.*

## O.

*O* vel *OP.* *Optimo.*

*OP.* *Oportet.*

*O.P.* *Optimo Principi.*

*OR.* *Ornato.*

*O.* *Ordo.*

*OB.CIV.SER.* *Ob cives ſervatos.*

*O.V.F.* *Omnibus Viris fecit.*

*OB.M.E.* *Ob merita ejus.*

*OB.M.P.E.C.* *Ob merita pietatis & concordia.*

*OB.* *Obiter.*

*O.* *Opertum* vel *mortem ſubiit.*

*OR. M.* vel *M.* *Ordo militum.*

*ORB. PAR.* *Orbati parentes.*

*O.V.D.* *Omni virtuti dedita.*

Additio.

*O.M.* *Optimus Maximus.*

*O.P.F.* *Optimo Principi fecit*, vel *patrono*, vel *patrona.*

*OPP.* *Oppidum.*

*O.V.F.* *Omnia vivens fecit*, vel *optimo viventi fecit.*

*OP. MAX.* *Optimus Maximus.*

*O.P.* vel *OPT. PRIN.* *Optimo Principi.*

*OB.C.S.* *Ob cives conſervatos.*

*OP.* *Opiter.*

*O.V.F.* *Optimo viro fecit.*

## P.

*P.* *Publius.*

*POP.* *Populus.*

*P.R.* *Populus Romanus.*

*P.I.R.* *Populum jure rogavit.*

*P.S.* *Poſuit ſibi.*

*P.S.* *Plebiſcitum.*

*PR.* *Prætor.*

*PRR.* *Prætores.*

*PP.C.* vel *P.C.* *Patres conſcripti.*

*P.C.* *Pactum Conventum.*

*P.C.* *Pecunia conſtituta.*

*P.P.* *Pater patriæ.*

*P.P.P.* *Primus pater patriæ.*

*PR.S.* *Prætoris ſententia.*

P.RE.

Digitized by Google

P.R.E vel EX. poſt Reges exactos.
PROC. Proconſul.
PONT. MAX. Pontifices Maximi.
PR. VR. Prætor Urbanus.
P. H. C. Publicus honor curandus.
PAR. Parentum.
P. M. Principi militum.
P. Pupillus.
PV. Pupilla.
PR. PER. Prætor peregrinus.
PIENT. Pientiſſimus.
P. P. Pater patratus.
P. IV. vel I. Principi Juventutis.
PROCOS. vel PROCC. Proconſul. Proconſules.
PRAE. VIGIL. Præfectus Vigilum.
PRAE. VRB. Præfectus Urbis.
P. S. F. Publicè ſibi fecit.
P. F. Publii filius, vel Pius felix.
P. L. Publii Libertus.
PRI. KL. vel K. Pridie Kalendas.
P. M. Pontifex Maximus.
PRAE. PRAES. Præfectus Præſidii.
PATR. Patritius.
PLAEB. vel PLE. Plebis.
P. S. F. C. Publica ſaluti faciundum curavit, vel publico, vel proprio ſumptu faciendum curavit.
PLEBS VRB. ET HON. V. Plebs Urbana & honore uſi.
P. P. P. P. E. S. S. S. E. V. V. V. V. V. V. V. F. F. F. F. Primus Pater patriæ profectus eſt, ſecum ſalus ſublata eſt. Venit Victor validus, vincens vires urbis veſtræ, ferro, fame, flamma, frigore.
PACE. P. R. pace populo Romano.

Additio.

P. IR. Populus vel Publius irrogavit.
PA. DIG. vel P. D. Patritiatus dignitas.
PO. Poteſtas.
PARTH. Parthicus.
P. D. Publicè dedit.
PEC. Peculium vel pecunia.
P. vel PRI. K. Pridie Kalendas.
P. Q. Poſtquam.
PROV. Provincia.
POM. Pomponius.
PRS. Præſes.
PRSS. Præſides.
PVB. Publicus.
PICE. Piceni.
PRON. Pronepos vel Proneptis.
PRAEF. Præfectus.
PERT. Pertinax.
PRS. P. Præſes Provinciæ.
PRAEF. VR. Præfectus urbis.
PRINC. JVVENT. Princeps Juventutis.
P. ÆL. AVG. LIB. Publius Ælius Auguſti Libertus.

P. S. F.

*P.S.F.* *Publica ſaluti* vel *ſibi fecit.*

*P.* *Poſuit*, vel *pes*, vel *paſſus*, vel *Publius.*

*POST.* *Poſthumius*, vel *Poſthumus.*

*PROPRAET.* *Pro-prætor.*

*PRID. NON. APR.* *Pridie Nonas April.*

*PRPR.* *Pro-prætor.*

*P.P.HISP.C.* *Præſes Provinciæ Hiſpaniæ citerioris.*

*PAL.* *Palmenſi.*

*P.F.* *Publicè fecit.*

*P.SS.* *Plebiſcita.*

Q.

*Q.* *Quintus*, vel *Quintius.*

*Q.* vel *QV.* *Quartus.*

*Q.M.* *Quo modo.*

*QAM.* vel *A. M.* *Quemadmodum.*

*Q.S.S.S.* *Quæ ſupra ſcripta ſunt.*

*Q.R.F.E.V.* *Quod recte factum eſſe videbitur.*

*QVAESS.* *Quæſtores.*

*Q.L.* *Quinti libertus.*

*QVAES.* *Quæſtor.*

*Q.N.A.N.N.* *Quando neque ais, neque negas.*

*Q.B.F.* *Quare bonum factum.*

*Q.E.R.E.* *Quanti ea res erit.*

*Q.F.* *Quinti filius.*

*Q.L.F.* *Quinti Lucii filius.*

*Q.* vel *QVINT.* *Quintilius.*

Additio.

*Q.B.M.V.* *Quæ bene mecum vixit.*

*Q.E.R.E.IV.DA.* *Quanti ea res erit judicium dabo.*

*QVIR.* *Quirites.*

*Q.M.* *Quintus Mutius.*

*Q.B.F.* *Quare bene factum.*

R.

*R.L.P.* *Rege legi (lege) poſſit.*

*R.F.E.D.* *Recte factum eſſe dicetur.*

*R.F.E.V.* *Recte factum eſſe videbitur.*

*RP.* *Reſpublica.*

*RET. P. XX.* *Retro pedum viginti.*

*RVR.* *Rura.*

*R.P.C.* *Retro pedes centum.*

*R.P.* *Romani Principes.*

*R.C.* *Roma civitas.*

*R.R.* *Rurum Romanorum.*

*R.REG.* *Rurum Regienſium.*

*R.FERRARIN.* *Rurum Ferrarinorum.*

*R.D.* *Regis domus.*

*R.R.* *Ruderibus recolligendis.*

*R.R.R.F.F.F.* *Regnum Romæ ruet, ferro, flamma, fame.*

*RP.C.* *Reipublicæ conſtitutor.*

*R.N.LON.P.X.* *Retrò non longe pedes decem.*

Additio.

*R.* vel *RO.* *Roma.*

*RO.* vel *ROM.* *Romani.*

*REG.* *Regio.*

*REI. M.* *Rei militaris.*

*R.R.* *Rejectis rudibus*, vel *ruderibus.*

*R.VE.* *Rex Veronenſis.*

RG.F.

Digitized by Google

*RG.F. Regis filius.*
*R.G.C. Rei gerendæ cauſa.*
*R.S.P. Res ſua publica.*
*RVR. Rurſus.*

S.

*SP. Spurius.*
*SER. Sergius* vel *Servius.*
*SC. Senatus conſultum.*
*SEX. Sextus.*
*S.D. Sententiam dicit* vel *dedit.*
*SYL. Sylla* vel *Sylvius.*
*S.N.L. Socii nominis Latini.*
*S.F.S. Sine fraude ſua.*
*S.T.A. Sine tutoris autoritate.*
*S.P.Q.R. Senatus Populuſque Romanus.*
*S.N.S.Q. Si negat Sacramento quæſito.*
*S.S.C. Secundum ſuam cauſam.*
*S.L. Sacrorum Ludorum,* vel *Sacrum ludum.*
*S.S. Sacri Scrinii.*
*S.P. Sacri palatii.*
*S. Semis.*
*S.P.D. Salutem plurimam dicit.*
*S.S.S. Senio Sanctiſſimo ſacrum.*
*S.C.F.E. Senatus conſultum factum eſt.*
*SS. Sanctiſſimus, Sacro-Sanctus.*
*S. Sacrum,* vel *Sacellum* vel *Sulpitius* vel *Sanctus.*
*S.S. Somnium Somniator.*
*SIC.V. Sicut voluit.*

Additio.

*SEX.P. Sextus Pompejus.*
*SARM. Sarmatius.*
*S.* vel *SN. Senatus.*
*SATUR. Saturnus* vel *Saturnalia.*
*ST. Sitibus pro litibus.*
*SEPT. Septimus* vel *Septimius.*
*S.* vel *SEV. Severus.*
*SEV. AVG. ARM. PARTH. Severus Auguſtus Armenicus Parthicus.*
*S. Sacrum.*
*ST. Statim.*
*SER. Sertor.*
*SAC. SOL. DED. PRI. NO. AP. IDIB. JANVA. Sacrum Soli dedicavit pridie nonas April. Idibus Januariis.*
*S.D. Senatus decreto.*
*SCRIB. AEDIL. Scriba Ædilitio.*
*S.S.* vel *SEN. SEN. Sententia Senatus.*
*SS. Seſtertius.*

T.

*T. Titus.*
*TI. Tiberius.*
*T.A. Titus Annius. Tutore autore. Tutoris autoritate.*
*TR.PL. Tribunus plebis.*
*TVL. Tullius.*
*TR.M. Tribunus Militum.*
*TR. AER. Tribunus ærarii.*
*TR. POT.* vel *TRIB. POT. Tribunicia poteſtatis.*

F TR.CEL.

Digitized by Google

*TR. CEL. Tribunus Celerum.*
*TR. V. MON. Triumviri monetales.*
*TR. V. CAP. Triumviri capitales.*
*T. F. Titi filius.*
*T. F. J. Teſtamento fieri juſſit.*
*T. S. F. J. Teſtamento ſibi fieri juſſit.*
*TIB. D. F. M. Tibi dulci filio meo.*
*T. V.* vel *TIT. V. Titulo uſus.*

Additio.

*TR. PL.* vel *P. Tribunus plebis.*
*TP. B.* vel *T. B. Tempus bonum.*
*TM. D.* vel *DD. Terminum dicavit.*
*T. C. Teſtamento cavetur.*
*TAR. Tarquinius.*
*TER. Terentius* vel *Terminus.*
*T. L. Titus Livius,* vel *Titi libertus.*
*TR. LEG. II. Tribunus Legionis ſecundæ.*
*T. P. Terminum* vel *titulum poſuit.*
*TVT. Tutela.*
*T. S. F. I. Teſtamento ſuo fieri juſſit.*
*TI. Tiberius* vel *Titius, Titus.*
*TRI. PL. Tribunus plebis.*
*TR. MIL. Tribunus militum.*
*TT. Titi duo, vel plures,* vel *Teſtamento.*
*TIT. V. Titus Veſpaſianus.*
*TRANS. P. A. Trans Padum amnem.*

V.

*V. F. S. ET. S. Vivens* vel *vivus fecit ſibi & ſuis.*
*V. R. Urbs Roma.*
*VRBISAL. Urbiſalia* vel *Urbs Salvia.*
*VAT. Vates* vel *Vatum.*
*V. A. Veterano aſſignatum.*
*V. FR.* vel *F. Uſus fructus.*
*V. F. Vivens* vel *vivus fecit.*
*V. B. A. Viri boni arbitratu.*
*V. P. R. Veteri poſſeſſori redditum.*
*V. PRAE. Vir Prætorius.*
*V. DICT. Vir Dictatorius.*
*V. VRB. Vir Urbanus.*
*VI. VIR* vel *VI. VIR. Sextumvir.*
*V. S. L. M. Vivens ſibi locum monumenti.*
*V. C. Quintum Conſilium,* vel *Conſulis.*
*V. S. L. M. Vivens ſibi legavit monumentum.*
*V. P. Vivens poſuit.*
*V. D. Vivens donavit* vel *dedit.*
*V. S. Vivens ſtatuit.*
*V. F. Vale feliciter* vel *felix.*
*VX* vel *VC* vel *VX. Uxor.*
*V. S. L. M. Voto ſoluto* vel *ſolenni libero munere.*
*V. M. M. Votum merito Minervæ.*

Additio.

*V. F. Uſusfructus* vel *vir fortis.*
*VAL. Valerius.*
*V. B. F. Vir bonæ fidei.*

V. I.

*V.I. Vir juſtus.*
*V.E. Verum etiam.*
*VRB.C. Urbs condita.*
*VIC. Victor.*
*VICC. Victores.*
*VIR.VE.* vel *V.V. Virgo Veſtalis.*
*VIR. Virgilius* vel *virtus.*
*VRB. Urbs* vel *Urbanus.*
*V.N. Quinto Nonas.*
*V.V. Viva Venus.*
*V.* vel *VIX. Vixit.*
*V. C. Vir clarus*, vel *Conſularis.*
*V.S.L.M.P. Vivus ſibi locum monumenti poſuit.*
*V.Q.A.L.K.S. Viginti quinque aſſes legitime condemnati ſunto.*
*V. Quinque.*
*V.V.MAX. Virgo Veſtalis maxima.*
*V. A. XII. M. II. D. III. H. IIII. Vixit annos 12. menſes 2. dies 3. horas 4.*
*VOL. Voleſius.*
*VOP. Vopiſcus.*
*VO. Volero.*
*VI.S. Sex & ſemis.*
*VI.V. Sextum vir.*
*V.P. Vir prudens, vir præfectus.*
*V.S. Vir Sacer.*

X.

*X.V. Decemviri*, vel *decem viri.*
*X. Decem.*
*X. Denarii.*
*XV.VIR. S. F. Quindecim Vir ſacris faciundis.*
*XXII.S. Viginti duo & ſemis.*
*IXI. Significat Mille videre in marmore.*

Hæ ſunt SIGLÆ *Valerii Probi*, quas chartæ mandare voluimus ob hanc cauſam, quia Author non eſt in omnium manibus; partim etiam, (ut ex ſequentibus patebit) ob aliorum Autorum SIGLAS, quæ diverſo modo ſcriptæ reperiuntur.

## CAPUT VII.

### *De* SIGLARUM *vel* NOTARUM *uſu.*

§. I. **H**arum SIGLARUM vel notarum inventio, propagatio & auctio duplicem uſum habuit, PUBLICUM & PRIVATUM; Hinc etiam SIGLÆ ſeu NOTÆ ipſæ du-

duplices, *publica* & *privata*. *Publica* quæ ad univerſam Rempublicam, Leges, Magiſtratus pertinent. *Privata*, quæ ad res privatas. Utriuſque uſus ſpecies *Lipſius* enarrat; ſed paucis & breviſſimis. Publicum Siglarum uſum ex *Iſidoro* illuſtrat, qui *lib.* 1. *cap.* 21. ait: *Notarum uſus erat, ut quicquid pro concione, aut in Judiciis diceretur, librarii ſcriberent complures ſimul adſtantes diviſis inter ſe partibus, quot quiſque verba & quo ordine exciperet.* Omnia itaque quæ publicè coram multitudine, Senatu ac Judicibus agebantur, à librariis Siglis & notis conſcribebantur. Ait *Iſidorus*, fuiſſe *complures ſimul*, quia neceſſum erat, cum unius mens aut manus longam orationem excipere non ſufficiat, ut plures adſint, qui dicta excipiant & provulgent. Ita *Aſconius* tradidit, Orationem *Ciceronis pro Milone*, ipſam quam dixerat, exceptam fuiſſe. Et *Fabius lib.* VII. *cap.* III. queritur, orationes aliquot ſuas circumferri, negligentia excipientium in quæſtum Notariorum corruptas. Conf. *Herman. Hugo. de prim. origine ſcribendi. cap.* 18.

§. II. Privatus autem uſus plurimus erat, ſive in epiſtolis, orationibus, ſcriptis aliis ſubito dictantis, ſive in excipiendo ſtatim & ſine jactura magna lectionis adnotando. Hi autem qui notabant Notarii dicebantur à *notare* ſeu notis, quia notare eſt notis exſcribere apud *Quintil. in præfat. l. de inſtitut. Orat.* Conf. *Marcell. Donati dilucid. ad Sueton. pag.* 776, 777. Hi ſemper ad latus fuerunt in itinere, vel judicio. Hi notarum compendiis utebantur, ut *Marcus Manilius lib.* IV. teſtatur:

*Hic & erit felix ſcriptor, cui litera verbum eſt,*
*Quique notis linguam ſuperet curſumque loquentis*
*Excipiat, longas nova per compendia voces.*

Conferatur huc *Balthaſar. Bonifac. Rhodigin. hiſtor. Ludicr. lib.* 2. *cap.* XXXII. *pag. m.* 52.

§. III. Tanta quippe horum in ſcribendo erat velocitas, ut ſenſa noſtri pectoris vix dicta, jam ceris tenerent; quemadmodum de ſuo Amanuenſe, quælibet velociſſime excipiente, ſcripſit *Auſonius Epigram.* 146. *pag. m.* 88. *edit. Amſtel.* 1671.

*Puer*

*Puer notarum præpetum*
*Solers miniſter advola*
*Bipatens pugillar expedi,*
*Cui multa fandi copia,*
*Punctis peracta ſingulis*
*Ut una vox abſolvitur.*
*Ex ſalvo libros uberes:*
*Inſtarque denſæ grandinis*
*Torrente lingua perſtrepo*
*Tibi nec aures ambigunt,*
*Nec occupatur pagina*
*Et mota parce dextera*
*Volat per æquor cereum*
*Cum maxime nunc proloquor*
*Circumloquentis ambitu:*
*Tu ſenſa noſtri pectoris*
*Vix dicta, jam ceris tenes &c.*

§. IV. Verſus hi *Auſonii* pertinebant ad Notarium velociſſimè excipientem, quorum prima verba *puer notarum*, & elegans eſt Dimetria, qua Notarium celerrime excipientem commendat. Erant autem duum generum: ii, qui *notis* propriè *notarii*: item SINGULARII, ii, qui SINGULIS ſcribebant, quæ σίγγλαι dicuntur Imperatori Juſtiniano. Græci duplex genus Scriptorum commendant, aut τὺς γράφοντας εἰς κάλλος, quos Antiquarios appellabant: aut τὺς γράφοντας εἰς τάχυς, qui dicuntur NOTARII, quorum nomine extant ἀναθήματα. Vocat Poëta *Notarium præpetum*, velocium notarum, velociter excipientem & ſcribentem, quæ alius dictitat. *Suetonius* de *Tito Veſpaſiano*: *E pluribus comperi, notis quoque recipere velociſſime ſolitum.* Cujuſmodi notis, nemini dubium eſſe debet, quia ante *Ciceronem* quoque illi uſi fuint, qui ex ipſo dicentium ore, orationes totas excepiſſe traduntur, uti paulo ante dictum. Et hodiè adhuc in Parlamentis Actuarii miranda ſolertia omnia propemodum dicta Advocatorum, nedum judicum excipiunt. Quare Poëta addit, *vix dicta ceris tenes*, quibus verbis velocitatem in ſcribendo exprimere conatur. De Notariis his *Divus Hieronymus* in *Epiſt. ad Julian.* ita: *Et tamen ille appoſito notario*

*cogebat loqui, quæ velociter edita velox conſequeretur manus, & lingua celeritatem prenderent ſigna verborum.*

§. V. Nec ab his recedit illud *Martialis lib.* 14. *epigram.* 208.

*Currant verba licet, manus eſt velocior illis,*
*Nondum lingva ſuum dextra peregit opus.*

Ut ut igitur volubili fluat lingva, manus εἰς τάχος διὰ σημείων γεγράφοντος (ut loquitur Galenus) loquentem prævenit. vid. *Senec. epiſt.* XCI. Quæ forte ſunt hyperbolicè dicta; At ſaltem ſine ampullis & vento dicta ſunt illa *Boëtii lib.* 5.

*Ut quondam celeri ſtylo*
*Mos eſt æquore pagina &c.*

Accedunt quoque illa *Sidonii l.* 9. *epiſt.* 9. illa *Prudentii de Caſſiano*:

*Præfuerat ſtudiis puerilibus & grege multo*
*Septus, magiſter literarum ſederat,*
*Verba notis brevibus comprendere multa peritus*
*Raptimque punctis dicta præpetibus ſequi.*

Plura qui de hac re legere cupit, evolvat *Balthaſ. Bonifac. Rhodigini hiſtor. ludicr. pag.* 52. & *Salmuth. Comment. in Panciroll. part.* 2. *pag. m.* 266. Et hæc de uſu ſufficiant Siglarum.

## Caput VIII.

### *De Aliis ſcribendi & ſignificandi generibus per Notas & membra corporis variorum populorum.*

§. I. Hactenus plures perluſtravimus populos, qui animi ſenſa per Siglas ſeu literas expreſſerunt, quorum veſtigia alii acerrimè preſſerunt. De Ægyptiis conſtat, quod literis hieroglyphicis uſi, quæ potius ſigna & imagines, quàm literæ dicendæ: de quibus legi poterit *Athanaſ. Kircher. in Obeliſco Pamphil.* & *Oedipo Ægyptiaco* variis locis. Hinc *Sinenſes* etiam *notas* excogitarunt, quibus rem exponebant. vid. cit. *Athanaſ. Kircher. Oedip. pag. m.* 13. *Tom.* 2. Hos ſecuti ſunt *Brachmanni* ſeu *Gymnoſophiſtæ*, quorum characteres mundi triplices fuerunt  & prior mundum intelligibilem, alter

ter Sydereum & tertius Elementarem exprimebat. Ut igitur Lectorem de his certiorem faciamus, characteres principalium mundi partium ex *Kirchero* apponere lubet:




Et quæ alia ſigna ſunt, quibus conceptus mentis indicabant, quæ longa ſerie exhibet prælaudatus *Kircher. in Oedip. Ægypt. fol. m.* 24. 25.

§. II. Ita Ægyptii figuris animalium ea, quæ in animo conceperant, ſignificabant, quos ſecuti ſunt deinde alii, id quod teſtatur CORNU illud DANICUM hieroglyphicis animalibus ornatum, de quo cl. Bartholin. tractatum integrum edidit, & figuram ejus cum imaginibus omnibus delineari & exſculpi curavit. Simulacra vero in eo ficta cenſemus nihil aliud indicaſſe, quàm Optimi Regis Danici mores & attributa tum belli, tum pacis tempore Regnum ſibi ſubjectum benè gubernantis, & Rempublicam prudenter & juſte adminiſtrantis. Nam imagines illæ SERPENTUM paſſim per omnes annulos majores efformatæ videntur *prudentiam* indicare, quâ uti debet Rex bonus in omnibus Actionibus ſuis, ſive bella gerat, ſeu jura dicat, ſeu propria negotia curet.

§. III. Ut igitur ad explicationem ipſam imaginum nos conferamus, ſciendum, quod in primo circulo, qui omnium maximus eſt, duoſque figurarum ordines habet, occurrat *homo nudus manus ad cœlos tendens & ſtans medium inter ſerpentem à dextris atque piſcem & alitem piſci inhærentem ipſumque depaſcentem à ſiniſtris.* Per *hominem nudum* Rex nudus indicatur, qui propriis affectibus exutus & omni privatus paſſionum propriarum habitu, totus eſſe debet in commodis ſubditorum;

pro-

propriiſque ſubſtantiis privari ac nudus fieri, ut populorum commodis & ſaluti conſulat. *Manus inſuper ad cælum tendit*, quia cælitus auxilium ſibi petere debet ad populos bene gubernandos. In eodem circulo ponuntur ſeu conſpiciuntur quatuor ſubditorum imagines, ad Regem palmas tendentes, quorum unus genu flexus integro corpore, Sacerdotum chorum deſignat, tres alii ſedentes laicorum varia genera repræſentant; etenim eorum medius corpore brutali facinoroſum genus humano capite ſignificat; à dextris ejus eſt homo frugi ſua vivens induſtria: tertius à ſiniſtris indicat ordinem miniſtrorum juſtitiæ, qui quatuor hominum ſtatus, Sacerdotes, laici probi, facinoroſi & ſatellites ita ſub regia poteſtate ponuntur, ut eorum Rex curam habere debeat & eos regere prudentia ſumma & vigilantia. Nunc in ſecundo circulo præcipui modi deſcribuntur, quibus optimus Rex uti debeat ad quatuor hominum genera bene gubernanda. Ac primo quidem *genu flexus* iterum Sacerdos eſt, manus ad cælum tendens ac orationi vacans pro Rege & grege. Quod autem manu ſiniſtra truncus habeatur, id non injuria temporis factum; ſed denotat Sacerdotum omnes actiones ſanctas eſſe debere. *Secundum ſimulacrum* ſub humano capite bruti gerens effigiem bis ponitur, duplici pœnarum genere notatum; nam & collo catena vinctum, fuſtique velut vibrato, ſeu verius virgarum faſci lictoris obverſum, carceris & verberum pœnis mulctatum: & piſci velut inſidens deſignat non minus ad triremes damnatum, quàm ad inſulam exilio relegatum. *Tertius* homo facinoroſum catena vinctum detinens eſt juſtitiæ miniſter ſatelles officio ſui miniſterii fungens. *Quartus* bis inter ſerpentes collocatus, & ſemel inter Sacerdotem & lictoris virgas poſitus prope facinoroſum ſibi veluti minitantem, ob oculos ponit inſontem variis anguſtiis circumſeptum, cui tamen adeſt proximum Numinis auxilium, Sacerdotis orationibus imploratum. Poſſemus in medium proferre cætera hyeroglyphica, quæ in cornu iſto conſpicienda dantur, niſi vitaremus prolixitatem. Interim tamen cognoſcimus ex his paucis, Ægyptios alioſque populos per *figuras animalium* animi ſenſa exprimere voluiſſe.

§. IV. Non ſolùm autem Veteres per figuras animalium

rem

Digitized by Google

rem denotatam ſignificabant; ſed etiam *Manu* & *digitis* certas NOTAS fingebant, de quibus *Iſidorus cap.* XXV. ita: Sunt quædam & digitorum Notæ, ſunt & oculorum, quibus ſecum taciti proculque diſtantes colloquuntur. Sic mos eſt militaris, ut quoties conſentiat exercitus, quia voce non poteſt, manu promittat; alii quia voce non poſſunt, gladiorum motu ſalutent. Ennius de quadam impudica; quaſi in choro pila ludens, datatim dat ſeſe & communem facit. Alium tenet, alii adnutat; alibi manus eſt occupata; alii pervellit pedem, alii dat annulum ſpectandum, & à labris alium invocat, cum alio cantat, attamen aliis dat DIGITO litteras. Perſpicimus ex his Iſidori verbis, quod membris humanis, præprimis digitis, indicata fuerint ea, quæ deſiderata & in votis habita.

§. V. Sic autem digitis NOTÆ conficiebantur: ſi quinque digiti vocalium naturam veluti induerent, incepta numeratione a pollice, tunc ex membrorum contactu literas ac verba componebant. v. g. Attacta *Frons* literam F. Linguam L ſubnotabat. Hujus uſum amantibus præcipuè tribuit *Ovidius: Nil opus eſt digitis, per quos arcana loquaris. Quintilianus lib.* XI. manuum motum communem dominum ſermonum videri, ſcribit *Petron. in Satyrico*, digitis vocem gubernari. Singulis tum ſua erant officia. *Pollex* ἀντίχειρ dictus, quaſi altera manus ob adminiculi præſtantiam, preſſus notabat FAUSTAS PRECES: verſus, IMPRECATIONES: uterque junctus MAJOREM LAUDEM. Secundus a Pollice *Index*, δεικτικὸς & ſalutaris appellatus, *Sueton. Auguſt.* 80. Admotus ori *ſilentium* indicabat, uti videmus in imagine *Harpocratis*. vid. *Johann. Lomejeri Diei Genial. diſſ.* 3. *pag. m.* 140. *edit. Daventr.* 1694. Extenſus, *glorioſum* oſtendebat. Pulchrum & glorioſum cenſebant veteres, teſte *Perſio Satyr.* 1, DIGITO MONSTRARI & dicier HIC EST. confer *Barnab. Briſſon. de formul. lib.* 8. *pag. m.* 736. ubi plura lectu digna. Sublatus *Licitationes factas* ſignificabat. *Cicer. lib.* 3. *in Verr. conf. Barnab. Briſſon. lib.* 6. *de formul. pag. m.* 523. Tertius *Medius*, VERPUS dici ſolitus, quod Judæi in recondendis interaneis, exulceratis & putreſcentibus viſceribus ejus opera eſſent uſi: item *famoſus*, *petulans* & *libidinoſus*, cujus objectu PROBRUM objectarunt, alteriuſque

 fa-

famam contumelia notarunt, unde *Juvenal.* Satyr. x. — *medium que oſtenderet unguem. Quartus Annularis* δακτυλιώτης, qui annulo indutus Sponsaliorum teſtis fuit. Hunc *Romani Medicinalem* appellabant. *Quintus Auricularis* à potiori officio. Vid. *Alexandr. ab Alexand. G. D. lib.* 4. *cap. ult. Macrob. Saturn.* VII. *c.* 13.

## Caput IX.

### *De Uſu* Siglarum Publicarum *in Prænominibus, Legibus & plebiſcitis.*

§. I. IN capite VII. Siglas diſtinximus in Publicas & Privatas; jam autem videbimus, quæ ad *publicas* pertineant. Inter has referimus *Prænomina* Romanorum, quæ triplici genere Siglarum notabantur, id quod conſtat ex Diomede *lib.* 1. *cap.* 12. *Alia*, inquit, *nomina & prænomina aut SINGULIS Litteris notantur, aut binis aut ternis. Priſcianus Cæſar lib.* 2. *c.* 7. Ex illo conſuetudo venit, ut nemo Romanus ſit abſque prænomine, & notatur vel Singulis litteris vel binis vel ternis. Idque cum à veteribus traditum, tum ab antiquiſſimo quoque lapide, nummoque ita eſſe retentum, auctor eſt *Carol. Sigon. de Nominibus Roman.* Singulis Literis ſcribebantur A. *Aulus* C. Cajus. Q. Quintus L. *Lucius.* M. *Marcus.* N. *Numerius* &c. Binis: AP. *Appius* CN. *Cnejus.* SP. *Spurius.* OP. opiter. *Ternis*: MAM. *Mamercus.* SEX. *Sextus.* SER. *Servius.* TUL. Tullius. vid. *Hubert. Goltz. in theſaur. rei antiquar. edit. Antverp.* 1579. *pag.* 156, 157 *ſeqq.*

§. II. Deinde etiam inter Siglas Publicas referebantur Siglæ Legum, à populo ad conſulis rogationem latarum: initio ſolennes *Notæ* ſeu Siglæ præfigebantur. Leges autem Rogari primum & Ferri Ad Populum, dein poſtquam à populo recipiebantur, *Perferri* & perrogari dicebantur. Initio quoque cujuſque legis legitima & ſolennia verba præponebantur hæc: *Conſul populum jure rogavit, populuſque jure ſcivit.* Docet hoc *Cicero* 1. *in Anton. Orat.* Cedo, in-

Digitized by Google

inquit, illa legitima: Coss. POPULUM JURE ROGAVERUNT POPULUSQUE JURE SCIVIT. Id ipſum ex ea lege patet, quæ à *Frontino lib.* 2. de *Aquaduct.* prioribus verbis valde corruptis refertur. Ea ſunt hujuſmodi: TITUS QUINTUS CRISPINUS COS. POPULUM JURE ROGAVIT, POPULUSQUE JURE SCIVIT IN FORO PRO ROSTRIS AEDIS D. JULI POPULI ROM. & JULIÆ. Quæ verba apud *Valerium Probum* SIGLIS hiſce deſignata reperiuntur: Cos. P. I. R. P. Q. I. S. I. F. P. R. E. A. D. P. Conſul populum jure rogavit populuſque jure ſcivit in foro pro roſtris & ante diem pridie. Cujuſmodi verba poſteriora ex vitioſa interpretatione in priori imperfecta ſunt, retinendaque Probi ſunt. Videatur *Barnab. Briſſon. lib.* 2. *formul. pag. m.* 137.

§. III. Vulgaris fuiſſe hæc legum videtur clauſula, uti citatus *Barnabas Briſſon. lib.* 2. *formul. pag.* 138. recenſet. S. Q. D. E. R. A. P. P. V. L. O. E. COSS. PRÆTT. TR. PL. Q. N. S. Q. E. V. A. P. P. V. F. hoc eſt. *Si quid de ea re ad populum plebemve lati opus eſt, Conſules, Prætores, Tribuni plebis qui nunc ſunt, quod eis videbitur ad populum plebemve ferant.* Omnibus plane legibus duo adſcribi ſolennia capita moris erat. Unum erat de impunitate, ſi quid contra alias leges ejus legis ergò, quæ promulgabatur, factum eſſet, Cicero *tranſlatitium* idcirco vocat *lib.* 3. *Epiſt. ad Attic.* Alterum erat hujuſmodi: S. Q. S. S. Q. E. Q. I. N. S. R. E. H. L. N. R. h. e. *Si quid ſacri ſanctique eſt, quod jure non ſit rogatum* (vel, jus non ſit rogari) *ejus hac lege nihil rogatur.* confer. *Briſſon. pag.* 138. Totidem verbis & *Cicero pro A. Cæcinna* explicat.

§. IV. Uſitatæ præter has in Legibus à Plebiſcitis ſequentes erant SIGLÆ. S. C. *Senatus conſultum.* P. S. *Plebiſcitum.* D. C. S. *de conſilii ſententia.* D. S. S. *De Senatus ſententia.* V. A. *Veterano aſſignatum.* S. F. S. *Sine fraude ſua.* Obſervanda etiam vulgaris clauſula S. L. E. I. C. Q. O. R. E. i. e. *Siremps lex ei, jus cauſaque omnium rerum eſto.* Conſulatur hîc *Barnab. Briſſon. lib.* 2. *formul. pag. m.* 142. Senatus conſultorum planè vulgaria initia erant, id quod ea, quæ in *Cælii* Epiſtolis & *Frontini lib.* 2. *de Aquaduct.* & in Pandect. poſita ſunt exempla comprobant. Et vero ſingularibus literis ſcribi conſueviſſe in hunc

hunc modum: Q. V. F. Cos. D. E. R. Q. F. P. D. E. R. I. C. i. e. *quod verba fecit Conſul de ea re, quid fieri placeret, de ea re ita cenſuerunt* & iterum: S. C. D. E. R. I. C. i. e. *Senatus Conſultus de ea re ita cenſuit.* Patet hinc Veteres in Legibus Siglis uſos fuiſſe.

§. V. Ut autem quaſi uno intuitu Siglas in jure civili de Legibus & plebiſcitis intueamur, ex Valerio Probo hoc loco recenſebimus.

P. J. R. PQ. J. S. I. F.
Populum jure rogavit Populuſque jure ſuſcepit in foro
P. R. E. A. D. P.
pro roſtris & ante diem pridie.
E. H. O. L. N. R.
Ejus hac omnibus lege nihilum rogatur.
S. R. L. E. E. C. Q. O.
Si rem lex ex ejus cauſa quæ omnium
R. E. S. N. L.
rerum eſto Socii Nominis Latini.
L. P. C. R.
Latini Priſci Cives Romani
M. E. M. D. D.
Municipibus ejus Municipii dare damnas.
E. C. E. C.
Eſto Coloni Ejus Coloniæ
Q. E. R. F. E. D.
Quod ejus recte factum eſſe dicetur.
L. J. D. A. C.
Lex Julia de Adulteriis coërcendis.
U. D. P. R. L. F.
Unde de plano recte legi fecit.
A. A. A. F. F.
Aere Argento auro flando ferundo.
I. N. Q. Q.
Injuſtis nuptiis quæſita quæſitus.
Alii: juſtus Nuncius quæſitos quæſitus
S. Q. S. S. E. Q. J. N.
Si quid ſacri ſancti eſt quod jure non

Sa.

Digitized by Google

S. R. E. H. L. N. R.
ſit rogatum, ejus hac lege nihil rogatur.
V. P. R. Veteri poſſeſſori redditum
V. A. Veterani aſſignatum
V. F. Uſus fructus
S. P. Q. R. Senatus Populuſque Romanus.
S. C. PS.
Senatus Conſultum Plebiſcitum.
Q. D. E. R. F. P. D. E. R. U. I. C.
Quod de ea re fieri placeret, de ea re univerſi ita cenſuerunt.
Q. F. E. I. S. F.
Quod factum eſt in Senatu ferunt.
D. C. S. De Conſulum ſententia.
S. Q. M. D. E. R. A. P.
Si quid me de ea re ad populum
P. V. L. O. E. Coss. PR.
plebemve latu opus eſt, Conſules Prætores
TR. PL. Q. N. S. Q. E.
Tribuni plebis qui nunc ſunt quod ejus
V. A. P. P. F.
Videbitur, ad populum plebemve ferant.

## Caput X.

### *De Uſu* Siglarum Publicarum *in Edictis & Actionibus*.

§. I. Edicta Romæ dicebantur, quæ Prætores, antequàm jus redderent, ſolebant proponere, ut ſcirent cives, quod jus de qua re dicturus eſſet, ſeque præmuniret. Edictum autem aliud eſt *perpetuum*, aliud *temporale*. Perpetuum eſt, quod à Prætore juriſdictionis perpetuæ cauſa proponi dicitur, nimirum quod *Prætores* inito Magiſtratu proponebant, quo civibus denunciabant, quemadmodum anno ſuo jus dicturi eſſent. *Temporale* vero eſt, quod certi negocii oborti cauſa proponitur. Varia autem Edictorum genera fuerunt, *Conſularia*,



Digitized by Google

*ria*, *Cenſoria*, *Pratoria* & plura alia. Quodlibet igitur horum Edictorum certis utebatur formulis, quæ vel expreſſis verbis vel Siglis proferebantur.

§. II. Quod ad *Conſularia* edicta attinet, illa clauſula hac utebantur.

*S. V. A. C. D. V. i. e.*

*Si venire ad cauſam dicendam vellent.*

Ita etiam ad edictum Conſulare refertur illud, ne quis civem Romanum vinculis captum teneret.

*N. Q. C. R. V. A. C. T.*

*Ne quis civem Romanum vinctum aut clauſum teneret*

Ad Edicta Cenſoria pertinet illud *Livii lib.* 13. *c.* 13. ubi refertur *P. Licinium Craſſum L. Julium Cæſarem*, Cenſores, edixiſſe:

*N. Q. V. U. E.*

*Ne quis venderet Unguenta exotica.*

§. III. Quod vero de jure dicundo Prætores edicebant, varie quidem, pro re ſubjecta concipiebantur, ut plurimum autem in hæc verba deſinebant. J. D. *judicium dabo*. vel. A. D. *actionem dabo*. Si ſcil. Prætor de negotiis geſtis edixerat. Formula hujus erit hæc: Si quis negotia alterius, ſive quis negotia, quæ cujuſque cum is moritur, fuerint, geſſerit. I. E. N. D. *judicium eo Nomine dabo*. Sic etiam de D. M. *dolo malo*. Quæ de D. M. dolo malo facta eſſe dicentur, ſi de his rebus alia actio non erit, & juſta cauſa eſſe videbitur. J. D. *judicium dabo*. Similiter *de capite minutis*, *de noxalibus actionibus*. Edictum de *ſervo corrupto*. de *depoſito*, *commodato*. Semper hæc verba in clauſula addebantur. J. D. *judicium dabo*. In formulis ſeu edictis quæ in *fraud. credit.* facta, addebatur R. *reſtituatur*. vel C. C. D. *cauſa cognita dabo*. Interdum prætor utebatur his verbis A. P. F. *agendi poteſtatem faciam*, ut in edictis ſepulcri violati. Edictis verò, quæ ad Interdicta pertinebant, addebatur V. F. V. *vim fieri veto*. ut in Edicto de mortuo inferendo. qualia edicta nobis exhibet *Barnab. Briſſon. lib.* 3. *form. pag.* 283.

§. IV. In Edictis igitur has Siglas invenimus: C. C. *cauſa cognita*. D. M. F. V. C. *dolo malo fraudiſve cauſa*. F. E. D. *factum eſſe dicetur*. J. S. *Judicatum ſolvi*. M. F. P. *Mala fidei*

Digitized by Google

*dei poſſeſſor.* In Edictis reſtitutoriis addebantur I. I. R. *id illi reſtituas* vel F. R. *fiat, reſtituas.* Cum autem Edicta ſubſcribi à Tribunis deberent, factum ut litera T. ſubſcriberetur. *Valer. Maxim. lib.* 1. Illud quoque in memoria repetendum eſt, quod Tribunis plebis intrare curiam non liceret, ante valvas autem poſitis ſubſelliis, decreta patrum attentiſſima cura examinabant, ut, ſi qua ex eis improbaſſet, rata eſſe non ſinerent. Litera T autem ſubſcripta ſignificabat, Tribunum cenſuiſſe.

§. V. Siglas in Edictis perpetuis recenſuit *Valer. Probus* quas hûc adſcribere non pigebit:

*J. D. P. E.*
*Juri dicundo præ erit.*
*J. D. C.*
*Juris dicundi cauſa.*
*Q. R. F. V.*
*Quod recte factum videbitur.*
*V. B. A.*
*Viri boni arbitratu.*
*D. M. F. V. C.*
*Doli mali fraudiſve Cauſâ*
*J. D. JD.*
*Judicium dabo, Juriſdictio*
*Q. S. S. S.*
*Quæ ſupra ſcripta ſunt.*
*Q. E. R. E. T. P. J.*
*Quanta ea res erit tanta pecunia judicium*
*R. D. T. Q. P.*
*Recuperatorium dabo teſtibus quæ publica*
*DT. C. D. P. F.*
*Duntaxat Centum denunciandi poteſtatem faciam.*
*N. K. C. Non calumniæ cauſa.*
*CC. Conſilium cœpit, vel cauſa cognita.*
*F. C. Fraude Creditoris, vel fiducia cauſa vel fidei commiſſum.*
*C. E. D. Convictum eſſe dicetur*
*P. C. Pactum conventum, vel pecunia conſtituta.*
*H. S. Hoc ſic, vel hic ſit, l. hora ſecunda.*

C. V.

Digitized by Google

*C. V. Centum virum vel clariſſimi viri*
*S. T. A. Sine tutoris authoritate.*
*Q A M. Quemadmodum*
*Q. M. quomodo vel quo magis*
*P. P. L. J. Pro prædicta litis judiciis*
*J. S. Judicatum ſolvi*
*M. F. P. Malæ fidei poſſeſſor*

§. VI. Nunc etiam ad SIGLAS ſeu Notas in *Actionibus* obſervatas progredimur. Hic varias offendimus & quidem in *Vadimoniis* ſolennia verba hæc erant. I. D. T. S. P. i. e. *in diem tertium ſive perendinum.* Comperendinatio autem eſt ab utriuſque litigatoribus invicem ſibi denunciatio in perendinum diem. Nam cum in rem aliquam agerent litigatores, & pœna ſe ſacramenti peterent, poſcebant Judicem, qui dabatur poſt trigeſimum diem, quo dato deinde inter ſe in perendinum diem, ut ad judicium venirent denunciabant, quo cum eſſet ventum, antequam cauſa ageretur, quaſi per indicem rem exponebant, quod ipſum dicebatur. C. C. *Cauſa conjectio*, quaſi cauſæ ſuæ in breve coactio. Reus qui vadimonium promiſerat, judicio adeſſe ſeſe, citatus reſpondebat his verbis: E. S. M. *Ecce ſiſto me.* Jam ubi in Jus ventum, interdum à *Pratore* Advocati petebantur, quos ſe daturum Edicto pollicebatur his verbis: D. I. P. *dabo iſti patronum.*

§. VII. Poſtulabantur etiam à Prætore Judices, qui de ea re, de qua agebant, cognoſcerent. Videntur autem deſiderantium verba hæc fuiſſe, quæ SIGLIS à *Valerio Probo* ita ſcribuntur: P. I. A. V. P. V. D. i. e. *Prator judicem arbitrumve poſtulo ut des.* Sin autem Judicem datum rejicerent, ſolemnibus verbis eum iniquum proclamabant his formulis: E. I. E. *Ejero iniquus eſt.* vel H. N. T. E. i. e. *hunc nolo timidus eſt.* vel I. N. Q. C. F. A. i. e. *illum nolo quia Cæſarem fortiter amat.* Cæterum Sacramento Litigatores plerumque inter ſe contendebant, uti ex *Varrone*, *Cicerone* & *Feſto* conſtat. Qua in re videntur fuiſſe receptæ hæ SIGLÆ. Q. N. S. Q. i. e. *Quando negat, Sacramento quærito.* In formulis Judiciorum dandorum hæc verba erant: S. P. *Si paret.* Actiones certe in perſonam datas hac formula pronunciabant: S. P. T. M. D. F. O.

Digitized by Google

O. S. I. E. *Si paret Titium Mævio dare facere oportere, Sempronius Judex eſto.* Pertinebant quoque verba hæc actorum in actionibus ad *ſtipulantes*: A. T. M. D. O. i. e. *Ajo te mihi dare oportere.*

§. VIII. De actionibus in rem Prætor hæc verba ad judicem dabat: *Si paret fundum* (Q. D. A. P. i. e. quo de agitur publice) *Titii ex jure Quiritum eſſe, neque is fundus ei a Mævio reſtituetur, Sempronius judex eſto.* Qui ſervum vindicabat ſibi, injecta manu dicebat. H. M. E. *Hic meus eſt.* In homine autem petendo verba addebantur: E. J. R. *Ex jure Romano* vel E. L. Q. *Ex lege Quiritum.* Formulaque hæc erat, quæ Siglis ita: H. E. H. E. I. Q. M. E. A. *Hunc ego hominem ex jure Quiritum meum eſſe ajo.* In fundo petendo alter dicebat: Hic meus eſt, quia ego eum ex jure Quiritum meum eſſe ajo. Alter autem reſpondebat: Inde ego te ex jure manu conſertum voco. Quid autem ſit *ex jure manu conſertum Agel. lib.* 20. *cap.* 9. teſtatur, quando ſcil. diſceptatur inter litigantes de re aliqua. vid. *Barnab. Briſſon. formul. lib.* 5. *pag.* 375. Hinc in juris civilis notis has *Valer. Probus* ponit literas. E. I. M. C. V. i. e. *Ex jure manu conſertum voco.* Similiter ſi qui de hæreditate certarent, præs conſtituebatur, ne aliqua pars horum hæreditatem deteriorem redderet, qui damnum reſarcire tenebatur. Unde in Juris notis Siglæ hæ. P. P. L. V. i. e. *pro præde litis vindiciarium.* Hæc & alia quam plurima teſtimonia ſatis probant, In actionibus uſum Siglarum obſervatum fuiſſe. Confer huc *Barnab. Briſſon. de formul. lib.* 5. *& Lexic. juridic. ex Briſſon.* aliiſque collectum. *pag.* 28.

§. IX. Ut igitur Lectores in compendio comprehenſas habeant Siglas, in Actionibus obſervatas, quæ ſparſim alibi reperiuntur, hîc damus.

*A. T. M. D. O.*
*Ajo te mihi dare oportere*
*Q. N. T. S.*
*Quando negas te Sacramento*
*Q. P.*
*Quinquagenario provoco*
*Q. N. A. N. N.*

*Quando neque ais neque negas.*
*E. J. M. C. V.*
*Ex jure manu conſertum vocavit.*
*S. N. S. Q.*
*Si negat Sacramento quarito*
*S. S. C. S. D.*
*Secundum ſuam cauſam ſicuti dixi.*
*E. T. V.*
*Ecce tibi Vindicta*
*Q. I. J. T. C.*
*Quando in jure te conſpicio.*
*P. A. F. A.*
*poſtulo anne fias author*
*T. J. A. V.*
*Teneor* (Tento) *judicem arbitriumve*
*P. U. D.*
*populo* (poſtulo) *uti des*
*I. D. T. S. P.*
*In diem Tertium ſeu Perendinum.*
*A. L. Æ.*
*Arbitrium* (Litis) *Liti æſtimanda*
*Q. B. F.*
*Quare bonum factum.*

## CAPUT XI.

### *De* SIGLIS *Judiciariis.*

§. I. In gravioribus cauſis Judices olim non pronunciabant ſententiam de tabulis, ſed eam in iis notabant, teſte *Aſcon. in divin. Verrin. Singuli*, inquit, *Judices* ſententiam de tabula pronunciarunt in levioribus cauſis, & ob id neque nota, neque cuſtode opus fuit. Idem docet *Carol. Sigon. lib.* 2. de *judic. c.* 22. Prætor judicibus tabellas dabat, & ut ſententiam ferrent, in concilium mittebat. Mittere autem in concilium erat, jubere illos, ad urnas ire, atque in eas tabellas, ſententiam continentes conjicere. Urnæ verò

verò ceu ciſtæ tot fuerunt, quot Judicum ordines, qui judicarunt. Tres autem erant, *Senatorum*, *Equitum Tribunorum*, *ærariorum*. vid. *Marcell. Donat. dilucid. in Sueton. cap.* XLI. *pag. m.* 232. 233. Tabellæ verò quæ datæ erant judicibus, quarum unam in urnam mitterent, erant tres, una *abſolutionis*, altera *condemnationis*, tertia *ampliationis* eæque omnes ceratæ erant.

§. II. Accuratius *Aſcon. in Divin.* teſte *Barnab. Briſſon. lib.* 5. *de formul. pag. m.* 480. tabellas deſcribit his verbis: In cauſis majoribus univerſi judices in ciſtam tabulas conjiciebant ſuas. eaſque inſculptas literas habentes, A. abſolutionis. C. Condemnationis. N. L. Ampliationis. *Roſinus lib.* 6. *cap.* 14. *antiquit.* ſcribit, tabellas notatas fuiſſe literis A vel U. R. *uti rogas*. Quod ſi tabellæ, quibus inſcripta erat A litera, numero prævalerent, reus abſolvebatur; Si autem plures eſſent, quæ U. R. habebant, reus condemnabatur. Si vero numero eſſent pares, pro abſolutione putabant, teſte *Dionyſio lib.* 7. Sed idem *Roſinus lib.* 9. *c.* 24. paulo aliter inquiens: Ampliatio, in quibus cauſis adhibebatur, erat, quoties judices ſignificabant, rem ſibi non liquere, & ſecundam actionem inſtituendam eſſe, & Prætor ex conſilii ſententia pronunciabat, amplius cognoſcendum eſſe: Itaque ut nota abſolutionis in tabula fuit A. condemnationis. C. Ampliationis N. L. non liquere. Cæterum quidam literas iſtas Græce ſcribunt, ut in *Alexand. ab Alexandr. lib.* 3. *c.* 5. legimus, ubi modum ita deſcribit: Apud Romanos quandoque inolevit, ut in capitis judicio per Θ ſeu κ. in urnam conjectas litteras ſignum mortis & capitis ſupplicio afficiendum notarent: per τ & α. abſolutionis: per λ vero & ν. prolationis, & diem diffundi, cum parum ſibi liquere de cauſa ſignificarent, quæ ampliationis tabella dicta eſt, An autem Romani tabellas Græcis literis ſignarint, non ſatis conſtat, quia literæ iſtæ ſunt initia vocum Latinarum ſeu Romanorum, nimirum Abſolutionis, Condemnationis, Non Liquet. Forſan ex Græco Authore iſta petita ſunt, qui literas Romanas Græce ſcripſit.

§. III. Hæ tres præcipuæ notæ ſeu Siglæ Judicum erant, nam *Sueton.* præter haſce tres tabellas ſcribit *cap.* XXXIII. ab *Auguſto* (cum de falſo teſtamento ageretur, non tantum damnatoriam & abſolutoriam cognoſcentibus datam eſſe, ſed ter-

tiam quoque, qua ignoſcebatur iis, quos fraude ad ſignandum vel errore inductos conſtitiſſet) cujus tabellæ nota non potuit fuiſſe ulla ex præcedentibus; ſed quod fuerit fortaſſe I. i. e. *ignoſco*, quidam ſtatuunt. *Crinitus* etiam *lib*. 6. *c*. 6. ſcribit Θ & K. fuiſſe etiam Condemnationis notas, nam K. *Græcum* & *Latinorum* C. ſignificans καταδικάζειν, quanquam *Britannicus Perſii* Commentator ſcribit; K. fuiſſe notam abſolutionis & ſignificaſſe καλὸν *pulchrum*.

§. IV. De aliis præterea *abſolutionis* & *condemnationis* notis apud Suidam hæc reperimus: Μακρὰ γραμμὴ ἡ καταδικάζουσα, Longa linea condemnationem, brevis abſolutionem ſignificat. De quibus forte *Plaut*. cum longam quandam literam infelicem vocat, quam alii ajunt eſſe I. alii L. alii ut *Aſcon*. & Cælius T. ut ut ſit, abſolutionis literam *Cicero pro Milone* vocat ſalutarem, condemnatoriam autem triſtem vel ut *Livius* triſtiorem. Verum, an I longa litera ſit dicenda, meritò dubitamus, cum I ſit brevis; ideò non poſſumus in eorum partes venire, qui longam literam apud Plautum Jota ipſum fuiſſe ſtatuunt, quippe quod linea unica eaque rectiſſima deſignetur, ut inquit *Rocch. biblioth. Vatic. in Alphab. Latin. pag*. 147. Verum ut evidentius tota res eluceſcat, ipſa verba *Plauti ex Aulul*. citabimus:

*Neque quicquam melius eſt mihi,*
*Ut opinor, quam ex me ut unam faciam literam*
*Longam, laqueo collum quando obſtrinxero.*

Probabilius nobis hoc Comicum ænigma *Robert. Stephan. in theſaur. verb. lit*. explicat, quando de L. interpretatur. Longam literam de ſe facit, qui ſuſpendio ſibi ſpiritum intercludit, nam ſuſpendioſi hominis corpus rectum, brachia preſſa & pedes porrecti L. literæ ſpeciem præbent. At *Cal. Rhodigin. lib*. 10. *c*. 8. & *Gilbert. Cognat*. perſpicaciore forſan interpretatione hoc ad T. referunt, quoniam qui pendet, eam plane reddit imaginem. vid: cap. 3. *lib*. 14. *pag*. 405. *Rhodigin. hiſtor. ludicr*. qui *lib*. 14. pag. 404. aſſerit, & H. notam patibularem fuiſſe.

§. V. Græci eadem ferè ratione in capitalibus actionibus ſeu ſententiis Judiciariis ſententiam tuliſſe conſtat. Apud hos

Θυ

Θ *damnationis*. T. *abſolutionis*. A. *ampliationis* fuit ſymbolum, uti *Anton. Foquelin. ad Satyr.* IV. *Perſii* annotat, ubi Poëta ſub Socratis perſona ad *Neronem*, quem *Alcibiadem* recte nominat: *Et potis es nigrum vitio præfigere Theta* i. e. poteſtas tibi vitioſos condemnandi cives. Unde *Martial. lib.* 7. *epigr.* 37.

*Noſti mortiferum Prætoris, Caſtrice, ſignum,*
*Eſt opera pretium diſcere Theta novum.*

Senſus itaque Martialis eſt. Pro veteri illa condemnationis & mortis Θανάτυ litera, Quæſtor noſter novam habet notam, emuncto ſcil. naſo dat carnifici ſignum occidendi hominis. Novum enim mortis ſignum invenit, ut quempiam interfecturus addat Θ. Litera hæc non tantum formâ cor diſſectum exhibet, ſed & ſignificatione mortem infert; notat enim Θάνατον. Hinc Judices literam Θ apponebant ad eorum nomina, quos ſupplicio afficiunt merito. Unde quidam ait: *ô merito ante alias infelix litera theta*. Et *Auſonius ad Eunum epigramm.* 128. non ut alii citant. 120. *edit. Amſtel.* 1671. *pag. m.* 78. 79.

*Miſelle doctor* ȣ *ſit obſcæna*
*Tuumque nomen Θ ſectilis ſignet.*

Ubi Scaliger: ȣ erat ſignum ſuſpendii, refert enim laqueum collo involutum. Et hæc de SIGLIS Judiciariis Romanorum & Græcorum ſufficiant.

## CAPUT XII.

## *De* SIGLIS *Juris Conſultorum.*

§. I. Ad uſum publicum referimus etiam SIGLAS Juris Conſultorum, quæ uſitatiſſimæ olim illis erant. Teſtantur hoc verba *Imperatoris Juſtiniani in proœmio Inſtitut.* ubi hæc extant verba: D. C. P. II. Kal. Decemb. D. Juſtiniano PP. A. Ut igitur rem clariorem reddamus, repetimus illa, quæ antea dicta fuerunt. Fuit apud antiquos triplex ſcribendi ratio, NOTIS, LITERIS SINGULIS ſeu SIGLIS & VERBIS INTEGRIS. *Notæ* quidem ſigna appellata, quod vox ſigni ge-

neralis eſſet, erant tamen exiguæ figuræ, plurium literarum vim habentes. *Plutarch. in Caton.* Quinimo quandoque vocabulum generis applicatum certæ ſpeciei & ita per Signa nonnunquam, NOTARUM ſigna ſignificant. Comprehendebant ſignis, quæ literis non poterant, loquitur de *notis Sidon. Apollin. lib. 9. epiſt.* 8. Quæ *Auſonio Epigram.* 138. punctorum veniunt nomine. SIGLÆ græcis Σίγγλαι ſunt literæ Singulares, ſeu quæ ſingulæ per ſe quid ſignificant. *Juſtinianus* ea ſigna compendioſa nominat. Et licet NOTÆ & SIGLÆ ſint diſtinctæ, videntur tamen quandoque NOTÆ pro SIGLIS acceptæ fuiſſe, quo ſenſu generali, ſicuti & ſigna, complectentur literas ſingulas ſeu ſingulares, id eſt, SIGLAS. Ut igitur ad ſubſcriptionem Juſtiniani revertamur per SIGLAS factam, ſenſus eſt: *Datum Conſtantinopoli Domino Juſtiniano. P.P. A.*

§. II. Negandum autem non eſt, *Notas* ſeu SIGLAS illas bono fine inventas fuiſſe; verum quàm pernicioſæ fuerint in libris Juriſprudentiæ experientia docuit. Tot enim temporis ſucceſſu ex hiſce notis earundemque auguranda ſignificatione extitêre circumventiones, ut *Juſtinianus* Imperator lege ſanxerit, ne quis iis in jure uteretur, ſed omnia perſcriberentur *lib. 1. Codic. tit.* 17. de veteri *jure enucleando leg.* 1. Cauſam addit *Salmuth. in Com. ad Pancirell. pag. m.* 264. ne eæ minus difficultatis & negotii legentibus exhiberent, quàm res ipſæ notis deſcriptæ: & multi præterea ſubtili ac varia harum interpretatione in fraudem inducerentur, magnæque inſuper Judicantibus & diſcentibus tenebræ inde offunderentur; diſſerte *Juſtinianus* prohibuit, ejuſmodi poſthac NOTIS & ſignis in deſcribendis Juriſprudentiæ libris uti, ne qua malignis interpretibus imperitisve verborum evertendorum anſa præberetur. Hinc *Barnab. Briſſon. lib. 4. ſelect. interpret. cap.* 21. & *Foquelin. tit. Inſtit. de vulg. ſubſtit.* diſſerunt bene. Quis enim, ſi ejuſmodi, velut ſtigmatum notis deformatos veteris Juriſprudentiæ libros, *Juſtinianus* ad nos tranſmiſiſſet, earum ſeſe laqueis expedire potuiſſet, aut quis in illis reddendis exprimendiſque litium altercationumve finis fuiſſet, cum in earum interpretatione *Tribonianus* ipſe frequenter hæſiſſe deprehenderetur.

§. III. Ne itaque per SIGLARUM captiones & compendioſa



Digitized by Google

| ط. | *novem* | يح | *Octodecim* | كح | *viginti octo* |
| | | يط | *Novendecim* | كط | *viginti novem.* |

Ita ل. 30. م. 40. ن 50. س. 60. ع. 70 ف. 80. ص 90. ق 100 ر 200. ش 3000. ت 400. Literæ fortes autem denotant numeros ſequentes ث 500. خ. 600. ذ. 700. ض. 800 ظ 900 غ. 1000. Si itaque ponere velles numerum 130 ita ſcriberes: قل, عق 1100. غش. 1613. غخيج, 3000 غغغ &c.

§. IX. Græci ſimiliter literis ad notandum numeros utuntur: idque modo triplici, *Primo* ſingulæ literæ, ſeu Siglæ in ordine loci ſui numerum exprimunt, ut *α. unum β. duo* &c. uſque ad *ω.* 24. Sic Homeri Ilias & Odyſſ. numeratæ, ut *Iliad. α. Iliad. β. Iliad. γ. Iliad.* Δ. *Iliad.* E. *Iliad.* Z. *Iliad.* H. *Iliad.* Θ & ita porro uſque ad *Iliad. ω.* *Secundo* literæ in tres claſ-

Digitized by Google

claſſes dividuntur: prima continet *numeros monadicos* ab ά, prima unitate ad ί excluſivè: Nota enim ϛ' pro ſenario uſurpatur: Altera *denarios* à litera ί i. e. 10. uſque ad ρ' item excluſivè, & ſigno ϛ' interpoſito, quod 90. denotat: Tertia *Centenarios* a ρ' i. e. 100 uſque ad ώ quod 800. Tum hæc nota π' vel ut aliis placet, ϡ pro 900. additur. Poſtea literis *millenariis* ſcribunt, dejecto ſolum accentu ad imum in ſiniſtra parte. v. g. ͵α. 1000. ͵β. 2000. ͵γ. 3000. Hæc verò tantum ad litteras minuſculas. Majuſcularum alia eſt ratio: quarum ſex in uſus ſimplices: I *nota unitatis*, Π, *quinarii*, Δ *denarii* H *centenarii* χ. *millenarii*. M. *decies* millenarii. Hæ, excepto I, ventre incluſæ quinquies numerum augent, ut Δ denarium numerum indicat, ſed |Δ| valet 50. |H| 500.

§. X. In præcedentibus mentionem fecimus numerorum Græcorum juxta literas Alphabeticas, ſimulque oſtendimus ordines, quo ordine ſint locandæ literæ; ubi tamen monendum, quod prima claſſis nonaria octo primas complectatur & ſexto loco hanc notam ϛ peregrinam admiſceat, ut enneas compleatur. Hæc claſſis eſt unitatum. Secunda eſt denariorum, & continet octo literas ſequentes & ultimo loco hanc peregrinam notam ϟ adjungit. Tertia claſſis eſt centenariorum & complectitur octo literas Alphabeti ſequentes & ultimo loco peregrina additur nota ϡ vel ϑ. Literæ ſic diſtributæ tres primos limites faciunt, cujus exemplum extat *Apocal.* XIII. *Qui mente præditus eſt*, *computet numerum beſtiæ*, numerus enim hominis eſt χξϛ hoc eſt 666. Et D. *Lutherus* ſexcentos ſexaginta ſex annos intelligit, & addit Papatum mundanum tamdiu ſtare. *Irenæus lib.* 5. non longe à fine putat vocem Græcam ΛΑΤΕΙΝΟΣ eſſe, cujus numerales hunc numerum conficiunt.

| | |
|---|---|
| λ. | 30. |
| α. | 1. |
| τ. | 300 |
| ε. | 5. |
| ι. | 10. |
| ν. | 50 |
| ο | 70 |
| ς | 200 |
| | 666 |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| ε | 5 | | Ι | 10 | |
| κ | 20 | | τ | 300 | |
| κ | 20 | | α | 1 | |
| λ | 30 | 294 | λ | 30 | 371 |
| η | 8 | | ι | 10 | |
| σ | 200 | | κ | 20 | |
| ι | 10 | | α | 1 | |
| α | 1 | | | | |

Summa 666.

Jani ſimulachrum de quo ante, apud Veteres ita effingebatur olim, ut in dextra quidem manu τ. in ſiniſtra vero ξε literas præferret, quæ Græcis CCCLXV. notant

τ 300
ξ 60
ε 5

365.

§. XI. Quemadmodum autem notæ numerorum Latinorum omnes millenariæ fiunt, ſi vel linea proſtrata ſupra caput addita erat vel ſi M. literæ præpoſitum haberent: Ita apud Græcos moris eſt, ut literis lineola inſtar acuti addatur, & tunc omnes millenarium numerum efficiunt ut

͵α ͵β ͵γ ͵δ ͵ε ͵ς ͵ζ ͵η ͵Θ

1000. 2000. 3000. 4000. 5000. 6000. 7000. 8000. 9000. Secunda claſſis eſt denariorum millenariorum, litera hac addita ℸ. ut:

͵Ι. ͵κ. ͵λ. ͵μ. ͵ν. ͵ξ. ͵ο. ͵π ℸ

Tertia claſſis eſt centenum millenariorum hoc modo:

͵ρ. ͵σ. ͵τ. ͵υ. ͵φ. ͵χ. ͵ψ. ͵ω. ͵λ:

Et toties centena millia ſignificant, quoties centum deſignant, uti Suidas de Auguſto populum Romanum recenſente exemplum recenſet.

§. XII. *Herodianus* Grammaticus Græcus alias ſex notas habet numerorum Græcis uſitatas, quæ à literis initialibus fere ſu-

ſumuntur: quæ omnes quales ſuæ ſyzigæ notæ, idque bis in ſua claſſe nonaria ad dextram adduntur, & cum Latinis notis commune habent. Ac prima quidem nota unitatis hæc eſt I: quæ quater repetitur, idque bis, ut apud Latinos. I. II. III. IIII. Deinde ſecunda nota ſequitur quinarii π. quæ quinque ſignificat, quia eſt litera initialis πέντε. Huic quater additur ad dexterum latus prima nota hoc modo: π. πI. πII. πIII. πIIII. Tertia nota eſt δ. litera initialis vocis δέκα, quæ decem ſignificat: cui rurſus prima ad dextram additur: δ. δI. δII. δIII. δπ. δπI. δπII. δπIII. δπIIII. Sic viginti notantur δδ. triginta δδδ. quadraginta δδδδ. Quinquaginta vero notantur |Δ|. Quinquaginta quinque |Δ|π. Sexaginta |Δ|Δ. Septuaginta |Δ|ΔΔ. Quarta nota eſt Centenarii ἑκατον η. Quinta nota millenaris x litera initialis χίλια. Sexta & ultima eſt decies millenarii M: quippe vocis μυριάδος litera initialis. Sic autem collocantur centenarii. H. HH. HHH. HHHH. |H|. |H| H. |H| HH. |H| HHH. |H| HHHH. Chiliadici hoc modo: x. xx. xxx. xxxx. |x| |x| x. |x| xx. |x| xxx. |x| xxxx. Myriadici ſic ponuntur. M. MM. MMM. MMMM. |M|. |M| M. |M| MM. |M| MMM. |M| MMMM.

§. XIII. Ut igitur hæc, quæ diximus, clariora & magis perſpicua faciamus, brevi quaſi compendio demonſtrabimus Latinorum, Græcorum & Hebræorum numerandi rationem. Quod attinet ad Latinos, ſeptem tantum reperiuntur notæ ſeu Siglæ ab unitate ad millenarium, ut ſunt I. V. X. C. L. D. M. Harum primæ quidem duæ copulatæ ſeu conjunctæ I & V. unitatibus ſerviunt in primo limite ſeu claſſe nonaria. Sequentes verò duæ X & L. denariis in ſecundo limite ſeu claſſe nonaria tribuuntur. Cæteræ autem numerum centenarium & Millenarium ſignificant. Prima numeri nota I. quater tantum in eadem unitatum regione uſitatim iteratur hoc modo. I. II. III. IIII. & quinto loco mutatur ita V. hic augetur hoc modo: VI. VII. VIII. VIIII. Denarius numerus eſt ex duobus V compoſitus, X. & X. Hæc Sigla ſeu Nota in ordine decadico quater iteratur: idque bis tum ante, tum poſt σύζυγον hoc modo: X. XX. XXX. XXXX. L. LX. LXX. LXXX. LXXXX. ut claſſis denariorum ſit plena. L. quarta eſt nota quinquagenarii. C. *Centenarii.* Iteratur iterum qua-



Digitized by Google

ter tum ante tum poſt ſuam *σύζυγον*. c. cc. ccc. cccc. d. dc. dcc. dccc. dcccc. D. vel Iↄ ſexta numeri nota eſt *quingentenarii*. M. ſeptima & ultima *millenarii* nota eſt. Eadem etiam reperitur ∞. vel cIↄ. uti paulo ante oſtenſum. Et hæc bis, ter, quater repetitur. uti ex præcedentibus elucet. Ex his notis prima *unitatis* & tertia *denarii* & quinta *centenarii*, ut aliis notis præpoſitæ ſiniſtrorſum eaſdem ſuo valore ſpoliant: ita dextrorſum additæ eaſdem augent. ut iv. quatuor. vi. ſex. ix. novem. & prima geminata iix. *octo*. xi. undecim. xl. quadraginta. lx. ſexaginta. xc. nonaginta. cx. centum & decem. cd. Quadringenta. dc. ſexcenta ſignificat. Si his numerorum notis Latinis lineola, ſupra caput proſtrata addita fuerit, omnes millenariæ fiunt, ut *Prob. Grammatic.* teſtatur, ut i̅. mille. v̅. *quinque millia*. x̅. *decem millia*. c̅. centum millia. d̅. *Quingenta* millia. m̅. mille millia notat.

§. XIV. Porro Siglas Latinorum recenſebimus, qui juxta Literas Alphabeti majores numeros exprimebant, has non ita vulgares omnibus huc notabimus:

| | |
|---|---|
| A. 500. | A̅ *quinque millia.* |
| B. 300. | B̅ *Tria millia.* |
| C. 100. | C̅ *Centum millia.* |
| D. 500. | D̅ *Quingenta millia.* |
| E. 250. | E̅. *Ducent. quinquag. mill.* |
| F. 40. | F̅ *Quadrag. millia* |
| G. 400. | G̅. *Quadringent. millia.* |
| H. 200. | H̅. *Ducent. millia* |
| I. 1. | I̅ *Mille.* |
| K. 51. | K̅. *cent. quinquag. unum mill.* |
| L. 50. | L̅ *Quinquag. mill.* |
| M. 1000. | M̅. *Mille Mill.* |
| N. 90. | N̅. *Nonag. mill.* |
| O. 11. | O̅. *Undecim millia.* |
| P. 400. | P̅. *Quadring. mill.* |
| Q. 500. | Q̅. *Quingent. mill.* |
| R. 80. | R̅. *Octuag. millia* |
| S. 70. | S̅. *Septuag. mill.* |

T. 160.

Digitized by Google

| | | | |
|---|---|---|---|
| T. | 160. | $\bar{T}$. | *Cent. Sexag. mill.* |
| V. | 5. | $\bar{V}$. | *quinque millia.* |
| X. | 10. | $\bar{X}$. | *decem mill.* |
| Y. | 150. | $\bar{Y}$. | *Cent. quinquag. mill.* |
| Z. | 2000. | $\bar{Z}$. | *bis millies mille.* |

Hæc de Numeris Latinorum. Reſtat nunc pauca de Algebræ Siglis proferre, quæ etiam ad Arithmeticam pertineat.

§. XV. Ad nomen *Algebra* quod attinet, illud Arabicum videtur, à quibus ad nos pervenit. Et ſicuti الجبر Algebram & الكسر ſeu fractiones ab Arabibus habemus, ſic etiam integram numerandi rationem, & figuras & nomina ab illis nos etiam hauſiſſe non poterit quiſquam diffiteri. vid. cl. *Steph. de Moyen. in miſcell. pag. m.* 789. In hac etiam Siglas ſingulares offendimus, quarum cognitio peti poteſt ex *Johan. Micralii Lexic. Philoſoph. pag.* 724. E. g. Zzz dicitur Zenſi Zenzenſus i. e. Triquadratus ex radice octies multiplicata. CT ſeu CL. quaſi Cubus lateris dicitur Cubus, & oritur ex tribus radicibus continuo inter ſe multiplicatis. ſi enim radix eſt 2. tum cubus eſt 8. &c.

# Caput XVI.

## *De* Siglis *& Notis Ziffrarum. der Zahlen.*

§. I. Alius itidem modus numerandi & Veteribus & noſtris temporibus uſitatiſſimus eſt, numerare vel ſcribere per *Ziffras*, nos vocamus Zahlen. Hic mos numerandi per Ziffras non vetuſtus apud nos, cum ab Arabibus & Indis per Saracenos ad nos pervenerint. Et quamvis pro antiquitate & illarum origine ex Græcis vel Latinis characteribus militet doctiſſimus *Huetius* in *libr. de demonſtrat. Evangel. prop.* IV. *pag.* 252. attamen aſſenſum ipſi præbere non poſſumus. Valde quidem occupatus eſt vir celeberrimus, ut demonſtret opinionem ſuam, cum ita fatur. Mutationis hujuſmodi præclarum extat exemplum in notis numerorum, quibus hodieque uti ſolemus. Ab Ara-



Digitized by Google

Arabibus vel Indis inventas eſſe, non vulgus eruditorum modo, ſed doctiſſimi quique ad hunc diem arbitrati ſunt. Ego verò falſum id eſſe, meroſque eſſe Græcorum Characteres ajo, à librariis linguæ Græcæ ignaris interpolatos & diuturna ſcribendi conſuetudine corruptos. Nam primum 1 apex fuit ſeu virgula nota μονάδος. 2. eſt ipſum β. extremis ſuis truncatum. γ. ſi in ſiniſtram partem inclinaveris, & ſiniſtrum cornu ſiniſtrorſum flexeris, fiet 3. Et quæ alia verba Autoris ſunt, quæ huc ſcribere ſuperſedemus.

§. II. Verum neceſſitas non cogit, ut doctiſſimo Huetio calculum noſtrum addamus, nec a nobis impetrabit ut credamus Zifras, quibus utimur, à Græcis originem traxiſſe. Nam vox ipſa *Ciphra*, quâ numerales iſtæ notæ deſignantur revera Orientalis eſt. Literis enim ſuis utebantur, vel ſecundum ſeriem Alphabethi, vel literis ipſis initialibus nominis numerici. Sic Π *nota quinarii* apud Græcos, quia eſt prima litera vocis Πέντε. Sic Δ eſt nota denarii, quia eſt litera prima vocis Δέκα. Sic Η eſt nota numeri centenarii, quia eſt initialis vocis ἡκατὸν. Deinde ratio multiplicandi denaria, centenaria, millenaria per puncta, prorſus Arabica, & nunquam apud Græcos & Latinos uſitata. Multiplicabantur duplicatis vel triplicatis literis, M M M. vel literis ccc. vel ɔɔɔ vel cccıɔɔɔ. Sed ad compendiariam numerandi rationem nunquam vocarunt puncta multiplicata.

§. III. Deinde probabile non eſt, quod hæ Græcæ literæ ad Arabes & Indos & iterum ab his perlatæ fuerint. Certum itaque eſt, tempore Saracenorum in extremas Occidentis partes irrumpentium & in Africa & Hiſpania Scholas aperientium, iſtas numericas notas ad nos eſſe derivatas, cum nomine & ratione computandi, id quod *Kirſtenius* fatetur, qui Arabibus notas numerandi adſcribit, quas ſacras vocat, quando in hæc prorumpit verba: hos numerandi characteres ſacros ex Arabicis, Hebraicis, Syriacis, Græcis & Latinis fluxiſſe literis. Sunt autem hæ: 1. ⊆̄. 2. ᾶ. 3. ῆ. 4. ϙ. 5. ε̃. ς̃. 6. ϑ̃. 7. ῦ. 8. ιχ̃. 9. χ̃. 10. Sed in his fallit, quod ideo ſacros characteres dicat, quia nullibi quam in Evangeliis reperiantur. Verum quidem eſt aliquando ad marginem Codicum Arabicorum quampluri-

mos

mos characteres Græcos occurrere, ſed hoc præcipue factum in libris, qui ex Græco in Arabicam linguam transferebantur. Nam cum numeri capitum aliquando variarent, & Arabica ſæpiſſime fierent breviora, Amanuenſes ad marginem notas numerorum Græcas addebant initio capitum, ubi Græca incipiebant. Hinc etiam in Novo Teſtamento Arabico Erpenii tale quid conſpicimus. Interim tamen non ſtatim ſacri ſunt dicendi characteres hi, nec dicendum quod à Græcis fluxerint notæ hæ.

§. IV. Aſſerit cl. *Erpenius in Grammatica ſua Arabica*, *pag. m.* 12. recentiores Arabes alias ab Indis mutuaſſe literas, quibus numeros ſignificarent,



1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 0.

hiſque eodem modo uti, quo nos vulgaribus iſtis noſtris; ut ſit 10.  · 11.  · 12.  · 20.  · 30.  100,  .. 400.  ... 1000.  1613. & ſic cætera. Imò ipſe *Scaliger in Opuſc. pag.* 141. *& Epiſt. pag.* 435. confirmat, hos Characteres *Hiſpanos* à *Mauris* accepiſſe, ab *Hiſpanis* reliquos, Conſentiunt *Kircherus* & *Gravius*, ab *Indis* characteres numericos inventos eſſe. Prior in *Arithmologia pag.* 40. ita de his verba facit: *Ut ab ovo rem ordiar, ſciat Lector Brachmanas, omnium opinione Auctorum Philoſophiæ & Arithmeticæ ſtudio cum primis deditos, eam Indiæ partem inhabitaſſe, quam hodie Indoſtam vocant. —— —— —— Hi cum vicini eſſent Arabiæ felicis incolis per Orientale maris Erythræi littus diſtenſi, frequentemque olim cum iis conſuetudinem, ob reciprocamque ultro citroque commeantium negotiationum contraxiſſent; hoc vero emendarum vendendarumque rerum commercium, ſine numeris tranſigi non poſſit, Arabes inſignia numerorum notarumque quibus Brachmanes, velut arcanis numerorum notis utebantur, compendium animadvertentes, id ſucceſſu temporis ſuum fecerunt.* Quibus verbis ſatis liquidum eſt, ipſos Arabes Ziphrarum characteres ipſis Indis acceptos referre.

 §. V. Al-

§. V. Alter *Gravius* ſcil. Anglus omnium linguarum peritiſſimus ita ſcribit, quod illæ notæ in libello SIGLARUM Aſtronomicarum Arabum & Perſarum occurrant, inde vult characteres hos ab Arabibus & Indis nos habere, quamobrem ita loquitur vir doctiſſimus. *Mos ille literis ſupputandi, æque olim apud Arabes ac apud Hebræos, Græcos & Latinos obtinuit. Verum & figuris putandi rationem quæ nunc in uſu eſt, nos quidem ab Arabibus accepimus* (quod *vox ipſa Siphra* صفر *deducta comprobat*) *ſed Arabes Indis ut primis inventoribus acceptum referunt. Ali Koſlegius aperte fatetur, ſapientes Indiæ hos numeros repetiſſe & alibi Indorum Arithmeticam.* Videatur integer liber de Ziglis ſeu SIGLIS Perſarum & Arabum; in quo multa de numerandi notis in Aſtronomia & Arithmetica uſitatis habentur.

§. VI. Non negamus quidem horum Doctorum authoritatem magnam eſſe, ſed nec his fidem habere poſſumus, cum ab Arabibus originem ducant. Notæ iſtæ inquit *Steph. de Moyen.* ſunt Arabicæ literæ, quod computatione Ziphrarum & literarum Arabicarum planum fieri poteſt. Examinetur ſequens diagramma & notas parum inter ſe differre quis animadvertet:




ا Arabicum eſt 1. ſecunda litera ب ſi aliquando invertatur evadet 2. 6. eſt و inverſum, 7. eſt ز cum puncto, quod ſi aliquando producatur fiet nota numeri ſeptimi & ſic porro.

§. VII. Romani in Zifris quoque ſingularem ſcribendi methodum habebant, nam ſi mille ſignificare vellent, ſcribebant M vel etiam CIↃ & celeritatis cauſa ∞. Ita alias peculiares Notas *Valerius Probus* annotavit, quas huc ſcribere non pigebit. e. g. IↃ. ſignificabat 500. CIↃ mille. IↃↃ quinque millia. IↃↃↃ quinquaginta millia. IↃↃↃↃ. 500000. Si totidem ſemicirculi ad ſiniſtram partem unitatis ſimul præponantur, altero tanto prior numerus multiplicabitur. Hujus ſchema oſtendit nobis *Don Antonio Agoſti nell diſcorſi ſopra le Medaglie tradotti dalla lin-*

*gua*

Digitized by Google

*gua Spagnuola nell' Italiana edit. Rom. 1592, pag. m. 133.*

∞ *mille*
∞ . ∞ *Duo millia*
∞ ∞ ∞ *tria millia*
∞IↃↃ. *quatuor millia*
IↃↃ *Quinque millia*
IↃↃ ∞. *Sex millia*
IↃↃ ∞ ∞. *Septem millia.*
IↃↃ ∞ ∞ ∞ *octo millia*
∞ CCIↃↃ *novem millia*
CCIↃↃ *decem millia.*
CCIↃↃ. ∞ . *Undecim millia*
CCIↃↃ CCIↃↃ *viginti millia*
CCIↃↃ CCIↃↃ CCIↃↃ *triginta millia*
CCIↃↃ IↃↃↃ *quadraginta millia*
IↃↃↃ *quinquaginta millia.*
IↃↃↃ CCIↃↃ *ſexaginta millia*
IↃↃↃ CCIↃↃ CCIↃↃ *ſeptuaginta millia*
IↃↃↃ CCIↃↃ CCIↃↃ CCIↃↃ *octuaginta millia*
CCIↃↃ CCCIↃↃↃ *Nonaginta millia*
CCCIↃↃↃ *Centum millia.*

## Caput XVII.

### *De* Siglis *& Notis* Grammaticis *& Aſtronom.*

§. I. De Notis & ſignis aſtronomiæ eorumque pictura omnibus conſtat, quorum formæ ex Calendariis perſpici poſſunt. Unde autem hæc ſcribendi ratio originem traxerit? diſquiritur. Ne itaque longioribus ambagibus utamur, affirmamus ab *Ægyptiis* ortum habere. Primum enim ſignum more Aſtronomico *Aries* eſt, *Ægyptiace* dictus *Amun*; pingebatur ſub hominis cornibus Arietinis conſpicua figura. Verum in compendiario Aſtronomico computationis negotio, ne ſemper integram imaginem ſcribere cogerentur, ſola duo cornua Aſtronomi poſuerunt. Poſteriores uſque ad hæc tempora, arietem pingunt ♈.

Taurum,

Taurum, quem Ægyptii Apin vocant ſub forma bovis pingebant. Ne itaque ſemper bovem vel caput bovis cornutum pingere tenerentur, Aſtronomi ita ſcribunt ♉. Tertium ſignum faciunt *Gemini*, quos Ægyptii Herculem & Apollinem vocarunt. Et erant binæ hieroglyphicæ ſtatuæ, manus ſibi mutuo inſerentes. Hinc per epitomen in hunc uſque diem ſcribunt Aſtronomi hoc modo ♊. Cancer quartum ſignum conſtituit Ægyptiis Hermanubi Ibi morpho, quoniam ſol ſub initium hujus ſigni retrogradus eſt, & eidem ſigno Ibiacum Numen præeſt, caudam ex cancro & caput ex Ibi ſcripſerunt. Inde poſteri neſcientes hujus rationem ſub hac figura ♋ retulerunt. Et ſic de reliquis dicendum ſignis, quorum figuras exhibet *Athanaſ. Kircher. in Oedip. Ægypt. Tom.* 3. *fol. m.* 166. 167. Verum non nudis Notis utuntur *Aſtronomi*, ſed etiam Siglis quæ paſſim occurrunt, e. g. quando has litteras ſcribunt C. S. S. ſignificare volunt, Planetas retrogradi & explicantur:

C. S. S. *Contra ſignorum ſeriem*

h. e. ex Oriente verſus Occidentem. Similiter ſæpe hæ conſpiciuntur Siglæ. S. S. S. i. e. *ſecundum ſignorum ſeriem* h. e. ab Occaſu in Ortum, uti ſigna Zodiaci ſeſe conſequuntur.

§. II. Ad Notas Grammaticales pedem movemus, quas antiqui ad diſtinctionem ſcripturarum apposuerunt. Has *Iſidor. lib.* 1. *c.* 20. ita definit, quod ſint *figuræ propriæ in litterarum modum poſitæ ad demonſtrandam unamquamque verbi ſententiarumque ac verſuum rationem.* Ejuſmodi numerat *Iſidorus* XXVI. quæ *Culpæ* aliter Criticis appellantur. Aſteriſcus eſt ſtellula (*) quæ apponitur iis, quæ omiſſa ſunt, ut illuceſcant per eam quæ deſunt, vid. *Thom. de S. Quercu. in Lexic. etymolog. edit. Londin. Obelus* eſt virgula jacens (—) apponitur in verbis vel ſententiis ſuperflue iteratis, ſive ubi lectio falſitate notata eſt. Vel ut *Thom. de S. Quercu.* Obelus eſt virgula quædam, qua adulterina, aut etiam perperam ſcripta jugulamus, Angli reddunt: *a long ſtrike in writing like a ſpit, made for a note to put out that was written, or falſe printed.* Aſteriſcus cum Obelo (* —) hac nota Ariſtarchus uſus eſt in verſibus iis, qui ſuo

Digitized by Google

ſuo loco non ſunt poſiti. Obelus ſuperne & inferius appunctatus (⸓) nota eſt, cum dubium, utrum ſit tollendum. *Cryphia*, circuli pars inferior cum puncto ſcribitur (◡) cum obſcura ſolui nequeunt. *Paragraphus* (Γ) ſeparat res à rebus, quæ in connexu concurrunt. Nota autem hanc ob cauſam Γ græcum fuit, quod γραφὴ notat. Aut eſt figura conſtructa ex Γ<sup></sup> pi crure dextro brevi. In typographis nota eſt q, & putamus P inverſum & clauſum. ICti hoc ſignum habent §. quæ figura videtur eſſe ex duobus ſſ. tanquam ſit ſignum ſectionis. *Antiſigma* (ↄ) uſurpatur, ubi verſuum ordo permutandus. Antiſigma cum puncto ponitur in iis locis, ubi in eodem ſenſu duplices verſus ſunt, & dubitatur, qui potius eligendus ſit. *Lemniſcus* eſt virgula inter gemina puncta jacens, apponitur in iis locis, quæ Sacræ Scripturæ interpretes eodem ſenſu, ſed diverſis ſermonibus tranſtulerunt. (÷) *Diple* eſt duplex, Diple πλευτικὴ & Diple περιεστιγμένη. Diple ὠβελισμένη. *Diple ſuperne obelata, verſa obeliſmene, adverſa cum obelo, recta & adverſa ſuperne obelata.* Singularem notarum figuram ac valorem videre eſt apud *Iſidor.* l. c. Atque huc pertinent omnes diſtinctiones & interpunctiones orationis, ſine quibus ſermo omnis nihil niſi obſcurum chaos ac meræ tenebræ. Tales ſunt: *Comma*, *Semicolon*, *Colon*, *Periodus*. vid. *Lipſ. Epiſt.* 39. *Centur.* III. *Miſcell. Voſſ. inſtitut. Orat. lib.* IV. *c.* 3. Conferatur huc præ cæteris *Aldus Manut. Paul. fil. tract. de interpungendi ratione, edit. Venet.* 1566. *Voſſ. de art. Grammat.* ubi plura.

# Caput XVIII.

## De Siglis Musicis & Notis.

§. I. Nemo negabit hoc, quod in Muſica quædam dentur Notæ, per quas canentis ſonus concinna harmonia certiſque temporibus menſuratur. Eæ autem duplices ſunt, *Literæ* ſeu Siglæ & Figuræ aliæ. Diſtinguimus itaque Muſicam in *Veterem*, quæ apud Græcos olim Latinoſque: *Novam*, quæ ab anno Salvatoris milleſimo cæpit ad noſtram tem-

peſtatem: *Mediam*, quæ inter terminos utriuſque. Vetus Muſica *Literas* ſeu SIGLAS notas habuit; ſed *Græcas*, nunc rectas nunc inverſas, nunc alio ſitu locatas; quæ ſuper verborum ſyllabis canendis ſcribebantur. Colligendum illud eſt ex *Boëthio*, qui *lib*. 4. *c*. 3. ſic de Muſica ſcribit: *Veteres enim propter compendium ſcriptionis, ne integra ſemper nomina neceſſarium eſſet apponere, excogitavêre notulas quaſdam, quibus nervorum* (nos interjungimus & vivarum vocum) *vocabula notarentur: eaſque per genera modoſque diviſêre. Simul etiam hac brevitate captantes, ut ſi quando melos aliquod Muſicus voluiſſet adſcribere ſuper verſum rythmica metri compoſitione diſtentum, has ſonorum* NOTULAS (ſeu SIGLAS *adſcriberet: ita miro modo reperientes, ut non tantum carminum verba, quæ literis explicarentur, ſed melos quoque ipſum, quod his Notulis ſignaretur, in memoriam poſteritatemque duraret.* Idem paulo poſt: *Græcis literis nunc in quamlibet partem imminutis, nunc etiam inflexis tota hac* NOTARUM *deſcriptio conſtituta eſt*.

§. II. Verum hîc aliquis objiciat & dicat; ſi vetus Muſica ex SIGLIS ſeu literis Græcis compoſita, quomodo Hebræi potuerint his uti tempore *Salomonis*, *Davidis*, *Moſis*. Aſt tamen multoties in Scriptura Sacra legitur, quod pii cecinerint, quod ſane ſignis vel notulis factum exiſtimamus, aliàs ſemper idem tonus & ſonus auditus fuiſſet. Verum ad hoc reſpondemus, quod Hebræi accentus vocibus adſcriptos pro *Notis* habuerint. Ut igitur Muſici Pſalmos in Synagogis eò melius peragant, certis accentibus Muſicis uſi, quos integro volumine deſcripſit R. *Colonymus*, horum enim quiſque prout in ſublime circulariter attòllitur, vel in imum deflectitur, vel ubique ſimili tenore compoſitus incedit, ita vel efficaciæ minus aut plus ponderis habere putatur. Accentus itaque ubicunque ponuntur, talem & talem clauſularum proceſſum Cantoribus formandum eſſe, & non alium denotant: ſunt autem Muſici accentus ſequentes:

*Schil-*

Digitized by Google



*Schilchbeleth. Catena*

*Segla, proprietas ſive botrus.*

*Talſa, Eradicator*

*Pater caton, diſperſor parvus*

*Karne pharah, Cornua vacca*

*Schene geriſin, duo expulſores.*

*Jathib, ſedens*

*Paſta, extenſor*

*Kadma, Anteceſſor.*

*Kakeph gadol, Erector major.*

*Ethnachta. Suſpirium.*

*Zarca, ſparſor.*

*Legor miah, exoſſator*

*Rabia, imminens.*

*Tabir, fractor.*

*Soph paſuc. finis verſus.*

*Torcha. labor.*

*Paſuc, diviſor*

*Ezla, ambulator*

*Maarich, protractor*

*Schene buterin, duo baculi*

*Darga, gradus*

*Taliſa Ketana, eradicator parvus*

*Sachpha, diſcus everſus*

*Schophar mechopher, cornu everſum*

*Alui, ſublimis*

*Mocarbel. cornu ſuſtinens.*



Digitized by Google

Ex his conſtat, quod accentus appoſiti fuerint, ut ſciant cantores, ubi ſuſpendere ſpiritum, quo loco verſum diſtinguere, quo lentius, celerius, concitatius, lenius denique ac temperatius tardiuſque ſit canendum.

§. III. Ad Græcorum Muſicam quod attinet, illi utebantur & Notis & Siglis. Pro primis itaque Muſicæ Elementis, ex quibus reliquæ Notæ conſtituuntur, ponunt vocum *Notas* XIV. Ex quibus octo ſunt aſcendentes, ſex deſcendentes.

Aſcendentes ſunt hæ octo.

Τὸ ὀλίγον, i. e. *exigua*
Ἡ ὀξεῖα, *acuta*
Ἡ πελασθὴ, *volàtilis*
Τὸ κοῦφισμα, *levitas*
Τὸ πελασθὸν, *volatile*
Τὰ δύο κεντήματα, *duo ſtimuli*
Τὸ κέντημα, *ſtimulus*
Ἡ ὑψηλή, *alta*



Sex deſcendentes.

Ὁ ἀπόστροφος, *Apoſtrophus*
Οἱ δύο ἀπόστροφοι, *duo apoſtrophi*
Ἡ ἀπορροή, *dèfluxus*
Τὸ κέντημα ἀπόρροον, *ſtimulus defluxionis.*
Τὸ ἐλαφρὸν, *vagum*
Ἡ χαμηλὴ, *Temperans*



§. III. Deinde in moderanda voce etiam quædam notæ præſcri-

ſcribebantur, ut ſciret cantor, quomodo vocem formare deberet, & hæ ſequentes ſunt:



Ὅσον, *oſtendit plani tractus ſignum*

Διπλὴ, *duplam vocis extenſionem*

Παρακλητικὴ, *vocis ſuaviter inflexa ſignum.*

Κράτημα, *vocis valida ſignum*

Αὔγισμα, *vocis ſtridula ſignificationem.*

Κύλισμα, *vox verſatilis*

Κυλικευοκύλισμα, *plena verſatilis vocis expreſſio.*

Τρομικὸν, *vox tremula*

Τρομικὸν σύναγμα, *vox apta & diſpoſita ad tremorem*

Ψήφιστον, *numerata vox.*

Γοργὸν, *velox, impetuoſa vox agilis.*

Γοργὸν, *vivax, verſatilis terribilis*

Et quæ aliæ ſunt Notæ, quas recenſet *Athanaſ. Kircherus lib. 2. fol. m. 74. Muſurgia edit. Rom. 1650.*

§. IV. Nunc ad Siglas ſeu Literas Græcorum progredimur, quarum ſubſidio cantabantur melodiæ. Adhibebantur autem Literæ Alphabethi Græci, quarum quælibet certum ſonum ſignificabat, uti conſtat ex Bacchi Senioris introductione Artis Muſicæ, quem Græcum Autorem latine reddidit Marc. Meibom. & notis doctiſſimis illuſtravit, ibi omnes recenſentur literæ, qualem ſignificationem habeant, qui videre deſiderat, evolvat illum. Prodiit *Amſtel.* 1652. ſumpt. *Ludov. Elzevir.* Ut itaque Lectores ideam habeant, ex *Vincentio Gallilao lib. de nov. &* antiq. Muſica Oden priſcis Siglis inſignitam damus, qui è vetuſtiſſimis ſchedis tranſcripſit:

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΕΙΣ ΜΟΥΣΑΝ

Ἴαμβος βραχεῖος.

α Z Z Φ Φ υ σ
Ἄειδε Μοῦσα μοι φίλη
ʹ σπδν † Φ Μ Ν
Μολπῆς δ' ἐμῆς κατάρχου
Z Z Z E Z 2 ï ï
Αὔρη δὲ σῶν ἀπ' ἀλσέων
Μ Z ï Φ σ ϱ Μ Φ σ
Ἐμὰς φρένας δονείτω
σ ϱ Μ ϱ σ Φ ϱ
Καλλιόπεια σοφὰ
Φ Ν σ σ σ σ Z β Φ
Μουσῶν προκάθαγέ τι τερπνῶν
ϱ Φ σ ϱ Μ Ι Μ
Καὶ σοφὲ μυστοδότα
Μ ï E Z Γ Μ ϱ σ Μ ï
Λατοῦς γόνε Δήλιε παιὰν
Μ ï Z Μ Φ σ σ
Εὐμενεῖς πάρεστέ μοι

Muſicæ veteris ſpeciem nobis quoque exhibet *Athanaſ. Kircherus in Muſurgia ſua lib. 7. fol. m. 541. edit. Rom. 1650.* hoc modo.

Ш Ш Γ Θ Ι Ш Γ Θ Ι Ш Γ Θ Ι Μ Ι
χρυ σε φόρμιγξ Α πόλ λω νος και ἰ ο πλοκάμιον
Θ Ι Μ Ι Θ Γ Θ Γ Ш Γ Θ Ι Γ Θ Ι Θ Γ Μ Ι Μ
Σύνδικον μοισαν κτεανον τὰς α κύ ει μὲν βασις α γλαΐας ἀρχα.

§. V. Plura poſſemus afferre teſtimonia, ſi prolixitatem amaremus. Ne autem de his, quæ hîc diximus, dubitet Lector, plura teſtimonia in gratiam ipſius in medium proferemus. Sit itaque hoc:

Ɛ Ψ Τ Π Π Τ Π Η Κ Ο Π Ɛ
Ἂν γνῶς τί ἐστ' αν θρωπος, ἢ δι αν ξ σῃ

Imo

Imo totum Canticum *Ambroſii* & *Auguſtini* ita per literas Græcas cantatum nobis ſiſtit *Marc. Meibom. Comment. in antiqua Muſica auctores. edit. Amſtelod.* quod hic adſcribere non pigebit.




§. VI. In quindecim autem modos ſeu tonos diſtribuebant Siglas ſeu literas Græci & primus eſt Lydius, & Lydii modi Siglæ ſecundum genus Diatonum erant;

| | | |
|---|---|---|
| Proslambanomenos, | Ꞁ ⊣ | *Zeta imperfectum & jacens.* |
| *Hypate hypaton* — — — | Ꞁ Γ | *Gamma averſum & gemma rectum* |
| *Parypate hypaton* — — | B L | *Beta imperfectum & gamma inverſum* |

Ex his & aliis Siglis modorum paulo ante dictorum harmoniam in canticis quærebant. De his itaque videndus eſt totus liber *Alypii, quem vocat introductionem Muſic.* qui continetur in *libro à Meibomio edito dicto antiqua Muſicæ Auctores.* edit. *Amſtel.* 1652. Si itaque Lectores ſint, qui plura de SIGLIS ſeu notis Græcorum legere velint, ad prædictos Auctores remittimus.

§. VII. In Muſica noſtra literæ quoque adhibentur, quibus Muſici voces ſuas notant, ſed Latinæ, A B C D E F G & literæ pro Notis ſunt, quas claves dicimus. Et hic modus valde antiquus. Nam refert *Athanaſius Kircherus* lib. 5. *Muſurg. fol. m.* 223. *edit. Rom.* quod ex MSO hymnorum ante 700 annos ſcripto cognoverit, quod lineæ octo ductæ & à principio literis ſignatæ fuerint

| | |
|---|---|
| θ | H |
| η | G |
| ζ | F |
| ε | E |
| δ | D |
| γ | C |
| β | B |
| α | A |

Ita hodiernum his literis A B C D E F G toni Muſicæ ſignificantur. vid. Kircher. c. l. plura qui deſiderat adeat *Eryc. Putean. in Muſath. cap. 7. 8. ſeqq.* Et hæc de SIGLIS & NOTIS Muſicis ſufficiant; plura quidem addere potuiſſemus, ſed quia obvia, hîc colophonem addere de hac materia placuit. Siſtimus tamen humano Lectori in tabella ſyſtema recentiorum & veterum Siglarum Muſicarum.

CAPUT

Digitized by Google

## RECENTIORUM
*Syſtema perfectum cum* Veterum *Syſtemate.*

| | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | | | | | | | |
| | M 7 | [illegible] | | | | | | | | cc | |
| | I ⋗ | [illegible] | | | | | | | dd | dd | |
| | K ∼ | ⋏ ⋎ | | | | | la | | cc | cc | |
| | B / | ⋃ Z | | | | | ſo | | bb | ♮♮ | L |
| | Γ N | | | | | | fa | | aa | | |
| | H ⋗ | | | | | la | mi | | g | | |
| | ⋏ ⋏ | | | | | ſo | re | | f | | |
| | M 7 | | | | | fa | ut | | e | | |
| 5 | | | | | la | mi | | d | d | | |
| T ⌐ | | | | | ſo | re | | c | c | | |
| Ψ ɜ | | | | | fa | ut | | b | ♮ | | |
| ⋏ ∼ | | | | la | mi | | | a | | | |
| ⊲ ⊥ | | | | ſo | re | | | G | | | |
| ⊂ ⊔ | | | | fa | ut | | | F | | | 𝄢 |
| ⊥ E | | | la | mi | | | | E | | | |
| ч F | | | ſo | re | | | | D | | | |
| b ω | | | fa | ut | | | | C | | | |
| 3 ε | | | mi | | | | | ♮ | | | |
| ⋔ | | | re | | | | | A | | | |
| Z | | | ut | | | | | Γ | | | |

# CAPUT XIX.

## *De* SIGLIS *in Faſtis Romanorum.*

§. I. Non occupati hoc loco erimus in faſtis explicandis Romanorum, cum hoc pluribus magno labore perfecerint *Roſinus in Antiquit. Roman. Kipping. & Paulus Manutius in tract. de veterum dierum ratione. edit. Venet.* cum hoc inſtituti noſtri non ſit, ſed tantum de SIGLIS in Faſtis Romanorum obſervatis agere. Illud tamen hîc opus erit, ut vetus Kalendarium Romanum & Faſtos Kalendares deſcribamus, quales Cn. Flavius publicaſſe & populo Romano tradidiſſe creditur. Duos autem menſes priores, uti cum ſuis Notis ſunt inciſi hîc interponemus.

| | |
|---|---|
| *A. K. Jan.* | *H. K. FEB. N.* |
| *B. F.* | *A N.* |
| *C. C.* | *B N.* |
| *D. C.* | *C N.* |
| *E NON. F.* | *D NON.* |
| *F. F.* | *E N.* |
| *G. C.* | *F N.* |
| *H C.* | *G N.* |
| *A AGON* | *H N.* |
| *B EN.* | *A N.* |
| *C CAR. NP.* | *B N.* |
| *D C.* | *C N.* |
| *E EID. NP.* | *D EID. NP.* |
| *F EN dies vitioſ. ex S. C.* | *E N* |
| *G CAR.* | *F LUPER. NP.* |
| *H C.* | *G EN.* |
| *A C.* | *H QUIR. NP.* |
| *B C.* | *A C.* |
| *C C.* | *B C.* |
| *D C.* | *C C.* |
| *E C.* | *D FERAL. F.* |

*F. C.*

Digitized by Google

*F C.*
*G C.*
*H C.*
*A C.*
*B C.*
*C C.*
*D C.*
*E F.*
*F N.*
*C C.*
*XXXI.*

*E C.*
*F TER. NP.*
*G REGIT. N.*
*H C.*
*A EN.*
*B EQ. NP.*
*C C.*
*XXIIX.*

§. II. Hæc obſervavit *Paulus Manut.* qui ex Tabula marmorea in ædibus *Maſſaciorum* ad Agrippinam hoc Calendarium deſcripſit. Eadem adoravit *Benedictus Hegius Spoletinus* è cujus exemplari tabulam ipſam ante 90 & ultra annos deſcripſit *Smetius*, quem vide in Antiquis Inſcriptionibus *fol.* 35. Hanc tabellam ex multis fragmentis, quæ inveniri potuerunt, Senatum Populumque Romanum Capitolii reſtituti muro ferè totam concinnandam affigendamque curaſſe affirmat *Benedictus Arias Montanus*, qui hujus oculatus teſtis acceptâ à *Petro Thſaconio* notarum interpretatione, hanc cum ipſa Tabula in æneam laminam incidi & in lucem edi curavit *Antverp.* 1574. Ubi obſervamus hos viros diſcrepare interdum in hujus Kalendarii aſſignandis Siglis. Qui autem facile excuſari poſſunt, cum fragmentorum commiſſuris in lapide literæ fuerint læſæ.

§. III. Litteræ ABCDEFGH, quarum ſerie teritur totum Kalendarium, *dies nundinarum* demonſtrant, & præter hæc inter faſtos ideo referebantur, quod lege Hortenſia omnes nundinæ faſtæ erant, ut ex *Granio* Liciniano refert *Macrob. lib.* 1. *Saturnal. c.* 16. C. Comitialem diem notat de qua longa ſerie egit *Paul. Manut. de dierum veter. ratione. edit. Venet.* F. *Faſtum totum.* F. P. *Faſtum prima parte.* N. *nefaſtum.* N. P. *nefaſtum prima parte.* EN. *diem enterciſum* (ſic enim antiqui ſcripſerunt pro interciſum) per quem mane & veſperi erat nefas: medio tempore & inter hoſtiam cæſam & exta porrecta

fas: a quo, quod fas tum intercidit, dies interciſi, aut, quod tum interciſum nefas, dicti. *Varro. lib.* 5. de L L.

§. IV. Ut igitur Kalendarium Romanum plenius intelligi poſſit, ratum eſſe duximus ejuſdem SIGLAS per menſes omnes enucleare. Sit ergo *Januarius* primus, in quo hæ reperiuntur.

*K. Kalendæ*

*C. Comitialem diem ſignificat.*

*F. Faſtum*

*N. Nefaſtum*

*NP. vel* NP. *nefaſtum prima parte, ſeu interciſum.*

*AGON. Agonalia ſive Agonia.* Ovid.

*CAR. Carmentalia: quod ſacra tum & feriæ Carmentis.*

*CAR. Carmentalia, quæ relata dicitur.*

## FEBRUAR.

*LUPER. Lupercalia, quod in Lupercali Luperci ſacra faciebant.* teſt. Plutarch. Ovid. Varron.

*QUIR. Quirinalia à Quirino, quod huic Deo feriæ.* Feſt. Ovid. Varr.

*FERAL. Ferales feriæ, ſeu feralia, ab inferis & ferendo, quod ferunt tum epulas ad ſepulcrum, quibus jus ibi parentare.*

*TER. Terminalia, quod is dies anni extremus conſtitutus, duodecimus enim menſis fuit Februar.* Ovid.

*REGIF. Regifugium.* Ovid. Feſt.

*EQ. Equiria in campo Martio* Feſt. Ovid. Varr.

## MARTI.

*EQ. Equiria altera apud Tiberim* Feſt. & Ovid.

*LIB. Liberalia.* Varro, *quo die virilem togam pueri ingenui ſumebant.*

*QUIN. Quinquatria. Minervæ natal.*

*TUBIL. Tubiluſtrium, quod eo die in atrio ſutorio ſacrorum tubæ luſtrantur.* Varr. l. v.

*Q. REX. C. F. Quando Rex comitavit fas.* Varro, Feſt.

## APRIL.

*FORD. Fordicidia vel fordicatio, à fordis bubus. Bos forda, quæ fert in ventre, quod eo die immolantur boves prægnantes in Curiis. Complures a fordis cædendis Fordicidia di-*

Digitized by Google

*dicta*. Varr. lib. v. Ovid. l. 4.
*ROB. Robigalia*. Plin. Feſt. Ovid.
*PAR. Parilia Rom. natal. à pariendo, ut ait* Victorin. Afer. Feſt. Plut. Varro
*VIN. Vinalia ſeu priora de quib*. Ovid. Plut. Varr. Plin. & Feſtus.
*CER Cerealia*
*FLOR. Floralia*. Ovid. Plin.

## MAJ.

*COMP. Compitalia*. Varro
*LEM. Lemuria, quæ noctu agebantur & triduo*. Ovid. Varro. Porph.
*LUD. MART. IN CIRC. Ludi Martis ultoris in Circo*. Ovid.
*TUB. Tubiluſtrium*
*Q. REX. C. F. Quando Rex ſacrificulus comitavit fas*. Varr. de LL. lib. v. Feſt.

## JUN.

*MART. Marti I. Sacrum.*
*CAR. Carnea Dea ſacrum.*
*MONET. Moneta Junonis adis dicatio*. Macrob.
*VEST. Veſta ſacrum & feria Veſta.*
*MATR. Matralia, feſta Matuta*. Ovid.
*Q. ST. D. F. quando ſtercus delatum fuit vel fas. ſcil ab ade Veſta*. Ovid. Feſt. Varro.

## JUL.

*POPLIF. populifugium*. Varro.
*LUD. APOLL. Ludi Apollinares.*
*MERC. An ſint Mercurialia*
*MERK. Merkatus.*
*LUCAR. Lucaria*. Varr. Feſt.
*VICT. CAES. Victoria Caſaris*
*NEPT. Neptunalia*
*FURR. Furrinalia.*

## AUGUST.

*HISP. VIC. Hiſpaniam vicit.*
*PORT. Portunalia.*
*VIN. F. P. Vinalia feria publica vel Vinalia, fas Pratori.*
*CONS. Conſualia*. Plut. in Num.
*VOLC. Volcanalia in circo Flaminio.*
*OPIC. Opiconſiva in Capitolio*. Varr.

## SEPTEMB.

*F. EQVOR. PROB. feria equorum probandorum*. Valer. Max. l. 11.

## OCTOB.

*MEDI R. Meditrinalia*

*AUGUST. Auguſtalia*
*FONT. Fontinalia.*
*ARM. Armiluſtria.* Feſt. & Varro.

NOVEMB.

*EPUL. INDICT. Epulum indictum.*
*LUD. PLEB. Ludi plebeji*

DECEMB.

*SAT. Saturnalia*
*OPAL. Opalia*
*DIV. Divalia*
*LAR. Laralia.*

## Caput XX.

### *De* Siglis *officiorum publicorum & Tribuum Rom.*

§. I. Siglæ etiam uſurpabantur in declarandis officiis, ut IMP. notabat *Imperatorem.* IMPP. *Imperatores.* PONT. MAX. *Pontificem Maximum.* P. P. *patrem patriæ.* COS. DES. *Conſulem deſignatum.* COSS. *conſules.* PROC. *Pro-Conſul.* PROCOSS. *Pro-conſules.* CENS. vel CNS. *Cenſor.* DICT. *Dictator*, PR. *Prætor.* Ejuſmodi Siglas offendimus in titulis Imperatorum & aliorum in dignitate conſtitutorum. v. g.

*CÆS. IMP. PONT. MAX.* — *Cæſar Imperator Pontifex Maximus*

*CÆS. AUGUR. IMP. QUINCT COS. QUART DICT. QUART P. P.* — *Cæſar Augur Imperator quint. Conſul quart. Dictator quart. Pater Patriæ*

Addebantur ſæpe etiam hæ Siglæ TRIB. POT. quæ notabant *Tribunitiam poteſtatem*: uti de *Auguſto &* aliis.

*AUG. PONT. MAX. TRIB. POT. XIV.* — *Auguſtus Pontifex Maximus Tribunitiæ poteſtatis.*

Similiter. *FLAM. AUGUST. QUÆST.* — *Flamini Auguſtali Quæſtori*

Ita de *Germanico* legimus. AUGUR. FLAM. AUG. Hæ & aliæ Siglæ in titulis Imperatorum Romanorum conſpiciebantur quas diligentiſſime collegit. *Hubert. Golzius. in theſauro rei antiquariæ. edit. Antverp.* 1679.

§. II. In-

Digitized by Google

§. II. Interdum hæ SIGLÆ quoque addebantur RE. quæ ſignificabant *Regem* ut, CHIND: SUID. RE. i. e. *Chindaſvindus Rex*. & de alio *Egica* Rege:

| | |
|---|---|
| *I. D. N. M. N. EGIC.* ℞. | *In Dei nomine Egica Rex*. vid. |
| *I. D. I. MN. EGICA RE.* | *Don. Anton. Agoſt. p.* 162. 163. |

IAINM ERVIGIVS ℞ i. e. *in Dei nomine Ervigius Rex*. WAMBA ℞. I. DINM. ERIGA ℞. VCTR. i. e. *In Dei nomine Eriga Rex. Victor*. vel I ND. N. M. VVITIZA ℞. In Dei nomine Vuitiza Rex: vid. *Don Antonio Agoſti diſcurſ. in numiſ. antiq. edit. Rom.* 1592.

Ita quoque nomen officii & dignitatis hæ SIGLÆ indicabant II vir. ut. L. CÆC. A QV INI. M. CEL. PA. VAL. II. VIR. *Lucio Cæcilio Aquiniano M. Gellio Palatina Valeriano Duum viris.* MVN. AUG. BILBIL. C. CORN. REFEC. M. HEL. FRONT. II. VIR. i. e. *Municipium Auguſta Bilbilis Cajo Cornelio Refecto, Marco Helvico Frontone Duum viris* L. BÆB. PRISCO C. GR AV. BROC. II VIR. *Lucio Bæbio Priſco, Cajo Gravio Brocho Duum viris.* C. C. A. TI. CLOD. FLAVO. PRÆF. GER. MAN L. IVVE NT. II. V. *Colonia Calagurris Auguſta Tiberio Clodio Flavo Præfecto Germanorum Lucio Juventio Duumviris.*

§. III. Nec in titulis illud ſicco ſilentii pede tranſibant, ſi vel Triumviri, vel quartumviri, (& porro,) vocarentur. Apparet hoc ex hac & aliis Inſcriptionibus: CN. PO MP. M. ANT O. T. A NT O. M. JVL. SERAN. IV VIR. i. e. *Cneo Pompejo, Marco Antonio, Tito Antonio, Marco Julio Serano quartumviris.* Pari modo ſi Legati eſſent, tituli quoque mentio-

tionem faciebant his literis: LEG. PR. PR. ut CARISIUS LEG. PR. PR. *Cariſius Legatus pro Pretore.* Ex his & aliis teſtimoniis ſatis elucet & Siglas in titulis honorum obſervatas fuiſſe, uti monumenta antiqua & Inſcriptiones teſtimoniis ſuis ſententiam noſtram approbant.

§. IV. Populus Romanus in triginta quinque tribus antiquitus diſtributus, & quævis harum peculiari nomine vocabatur ab Auctore. Hæ magnam habebant poteſtatem, uti *Joh. Henric. Kipping. in antiquit. Rom. lib. 3. cap. 2. teſtatur. conf. Georg. Fabric. Rom. pag. m.* 410, 411. In hiſtoria Romana certis Siglis indicantur, quas hoc loco annotare non ſuperſedemus, ut ſi aliquando occurrant hæ Siglæ, Lectoribus conſtet, quænam Tribus his indicetur. Sunt autem ſequentes:

A.

*AEL. Ælia.*
*AEM. Aimilia.*
*ANI. Anienenſis*
*ARN. Arnienſis.*

C.

*CAM. Camillia ſive Camillina.*
*CLA. Claudia*
*CLVENT. Cluentina*
*CLV. Cluſtumina.*
*CLVV. Cluvia.*
*COLLIN. Collina*
*COR. Cornelia.*

D.

*DVM. Dumia.*

E.

*ESQ. Eſquilina.*

F.

*FAB. Fabia*
*FAL. Falerina*
*FLAV. Flavia.*

G.

*GAL. Galeria.*

H.

*HOR. Horatia.*

I.

*JUL. Julia.*

L.

*LEM. Lemonia.*

M.

*MAEC. Mæcilia.*
*MEN. Menenia*
*MIN. Minucia.*

O.

*OCR. Ocriculana*
*OUF. Oufentina.*

P.

*PAL. Palatina*
*PAP. Papia*
*PAPIR. Papiria*
*POB. aliàs PUB. Poblicia*
*POL. Pollia.*
*POMT & PONT Pomtina & Pontina.*
*POP. Popilla vel popillia.*
*PUP. Pupinia.*

*QUIR.*

Digitized by Google

Q.

*QUIR. Quirina.*

R.

*ROM. Romilia.*

S.

*SAB. Sabatina.*

*SCAPT. Scaptia*

*SER. Sergia.*

*STEL. Stellatina*

*SUB.* vel *SUC. Subura* vel *Succenſana.*

*SUC. JUN. Succenſana* quæ & *Junia.*

T.

*TER. Terentina.*

*TRO. Tromentina*

V.

*VEJEN. Vejentina*

*VEL. Velina*

*VET. Vetruria*

*VOL. Voltina*

*VOT. Votina.*

## Caput XXI.

### De Siglis *Numiſmatum.*

§. I. Hæc ſane materia de Siglis numiſmatum maxime neceſſaria omnibus ſcitu, qui eruditi videri volunt. Harum notitia magnum affert ſubſidium in hiſtoriis, lucem accendit in evolvendis antiquitatibus. Per has totius fere Antiquitatis Theſaurus recluditur; hinc depromere licet, quæ ad veteres Scriptores evolvendos & expeditius interpretandos viam aperiunt, quæque Poëticam, Grammaticam & Ortographiam non parum ornant. Quare etiam omnes eò laborare debent, ut Siglas has numiſmatum ſibi notas faciant, quo feliciores progreſſus in Diſciplinis jam citatis facere poſſint. Campus quidem latiſſimus ſe offert, ubi flores elegantes decerpere & colligere ſibi Juventus poteſt, modò utatur mediis, quorum ſubſidio facillimo negotio ad ſcopum pervenire poteſt. Cum itaque bono cum Deo huc uſque Siglas variarum ſcientiarum perluſtraverimus, & ut ſperamus magno cum fructu; Jam conſtituimus quoque Siglas numiſmatum antiquorum juſto ordine collectas, ita ante oculos ponere, ut nemo queri habeat de obſcuritate vel difficultate.

§. II. Si nunc antiquorum numiſmata perluſtramus, in omnibus certas Siglas ſeu literas Singulares conſpicimus, quas



Digitized by Google

nemo primo intuitu ita facilè reſolvet, niſi earum habeat notitiam. Hinc non pauci magnam impenderunt operam, ut has enuclearent, inter quos referendus *Octav. de Strada* qui ex antiquitate non paucas collegit, & legi meretur. In V. aureo numiſmate *Octavii Auguſti* ad ejus effigiem hæ Siglæ impreſſæ: C. CÆSAR. DIVI F. IMP. COS. III. VIR. R. P. h. e. *Caji Cæſaris Divi filius Imperator, Conſul Triumvir Reipublicæ conſtituendæ.* In ſexto ejuſdem: AUGUSTUS CÆSAR PONT. MAX. TR. POT. COS. P. P. i. e. *Pontifex Maximus, Tribunicia poteſtate, Conſul, Pater patriæ.* In æreo numiſmate XXXI. Vipſaniæ Agrippinæ: TIB. CÆS. AUG. F. IMP. AGRIP. UXOR. i. e. *Tiberii Cæſaris Auguſti filii, Imperatoris Agrippina* &c. Vide ſimilia multa apud Æneam Vicum Parmenſem de Auguſtarum imaginibus. Hubert. Golz. in Faſt. Magiſtrat. & Triumph. Romanorum, & eundem in Julio Cæſare, item in *Cæſar. Auguſto: Anton. Auguſtinum in Famil. Romanor.*

§. III. Nemo itaque fructum ex antiquis numiſmatibus capiet, nî bene prius intellexerit Siglas ſeu Notas. Ut autem literarum elegantiſſimarum amatoribus hac in re levamen quoddam creemus, non exigua diligentia ex theſauro numiſmatum raro, qui in *Cimeliarchio Stuttgardiano* aſſervatur, quorum numerus ultra novem millia ſe extendit collegimus Siglas & Notas literarum. Suademus igitur omnibus peregrinantibus, ut accurata diligentia perquirant ejuſmodi antiquorum numiſmatum ſcrinia, quæ in Cimeliarchiis Principum & Comitum collecta reperiuntur. Inter quæ Cimeliarchium Illuſtriſſimi Comitis Schwartzburg. Arnſtadii morantis, meretur, ut oculis perluſtretur, ibi enim magnus rariſſimorum antiquorum numiſmatum theſaurus reconditus eſt. Nec infima laude eſt extollendum *Cimeliarchium Stuttgardianum*, in quo, præter cætera rara, etiam magnum antiquorum numiſmatum theſaurum videre licet. Dabimus itaque hilari fronte Siglas numiſmatum collectas, quarum ſubſidio facile erit Romanorum numiſmatum Siglas explicare & tam in hiſtoriis & antiquitatibus in ſuccum & ſanguinem convertere.

§. IV. Notæ ſeu Siglæ in antiquis numiſmatibus occurrentes ſunt ſequentes: *A.*

Digitized by Google

## A.

*A.* *Aulus* paſſim

*A. F.* *Auli filius.*

*A. F. A. N.* *Auli filius Auli nepos.*

*A. L.* *Auli Libertus.*

*A.* vel *AN.* *Annis* vel *annos*, *l. annum.*

*A. D.* *ante diem.*

*A. A. A. F. F.* *auro, argento ære flando feriundo.*

*A. P. F.* *Argento* ſive *ære publico feriundo.*

*A. A.* *Auguſta*, vel *Auguſtalis* vel *apud agrum*

*A.* *aut* vel *ager.*

*A. A. L. M.* *apud agrum locum monumenti*

*A.* *Avus.*

*A. PU.* *argento publico.*

*A. P. R. C.* *anno poſt Romam conditam.*

*A. P.* *Antonii Prætoria.*

*A. RA. MIL. FRU.* *à rationibus militaris frumenti.*

*AB. AUG. M. P.* *Ab Auguſta mille paſſuum.*

*AB. V. C.* *Ab Urbe condita.*

*ABD.* *Abdicavit.* in Faſtis.

*ABN.* vel *ABN̄* *Abnepos.*

*A. B.* *alia bona*

*A. B. V.* *A bono viro.*

*ABS.* *Abſolutus.*

*ABDIC.* *Abdicavit.*

*ACT.* *Actiacus*, *ſ. Actius.*

*AC.* *Actio.*

*ACON.* *Actionem.*

*ACC.* *Acceperat*, ſive *acceptat.*

*A CUB. AUGG.* *A cubiculo Auguſtorum*

*ADIAB.* *Adiabenicus*

*AD. AUG. TEMP. C. P.* *Ad Auguſti tempora certum pondus.*

*AD. FRU. EMU.* *Ad fruges emundas*

*ADN.* vel *ADN̄.* *Adnepos.*

*AD. TR. JUD.* *Ad Tribus judicandas.*

*ADJ.* *Adjutor*

*ADJ. P.* *Adjutor Provinciæ* vel *patriæ* vel *populi.*

*AD. L.* *Ad locum.*

*AD. F.* *Ad finem.*

*AD. E.* *Ad exactorem.*

*AD. E.* *Ad eſſe.*

*A. D. P.* *ante diem pridie.*

*ADP.* vel *ADOP.* *Adoptivus.*

*AED.* vel *AID.* *Ædilis.*

*AED. CUR.* *Ædilis Curulis*

*AED. DES.* *Ædilis deſignatus*

*AED. PL.* *Ædilis plebis.*

*AEL.* *Ælius.*

*AEMI.* *vel* *AIM.* *Æmilia* tribu videlicet.

*AE.* *Ære.*

*AED.* *Ædes.*

*AER. COL.* *Ære collato.*

*AER.* *Ærarium.*

*AEQ. P.* *Æqualis perſona*

*AER. P.* *Ære publico*

*AEL. AUG.* *Ælia Auguſta.*

*AET.* *Æternitas.*

*AFR.* *Africa & Africanus*



Digitized by Google

*AGRIP. Agrippa.*
*AG. F. AG. N. Agrippæ ſilius Agrippæ nepos.*
*A.G. Agit agrum.*
*AIM. Æmilius.*
*AKP. ἀκρογωνιαῖος*
*ALAE I. PR. C. R. ala prima Prætoria civium Romanorum.*
*ALEXANDR. AEGYPT. Alexandria Ægypti*
ΑΛΕΞ. ΑΙΓΥΠ.
*A. L. E. Arbitrium litis æſtimandæ*
*ALIM. ITAL. Alimenta Italica*
*ALBIN. Albinus.*
*AMB.* forte *Ambiani*
*AM. Amicus.*
*AM. N. Amicus noſter.*
 *. Am.*
*ANN. Annis* ſeu *annos.*
*AN.* ſeu *ANI. Anienſi* ſc. tribu.
*AN. V.*  *. M. Annos vixit plus minus*
 *. An* vel *Au.*
*A*  *O. A*  *ON. Antonius.*
*ANT. AUG. Antonius Augur.*
*AN. xv. PR. H. O. C. S. Annorum quindecim prætextatus hoſtem occidit, civem ſervavit.*

 *L. Anl.* vel *Aul.*
*A. N. Auli Nepos.*
*ANTIAT. Antiati.*
*AN. M. Actionem mandat.*
*ANT. Ante* vel *Antea* vel *Antonius* vel *Antiochia.*
*AN. Ante noctem.*
*ANT. T. C. ante terminum conſtitutum.*
*ANNON. Annonarius.*
*ANTA. Antiochia.* A. annus I. Imperatoris vel nota Monetarii
*ANTB. Antiochia*, ubi B. annus eſt Imperatoris 2. vel potius nota Monetarii
*ANTT. Antiochia.* T. annus 3. Imper. vel nota Monetarii
*ANTE. Antiochia.* E annus 5. Imperii
*ANTH. Antiochia.* H. nota Monetarii vel ann. 8. Imper. Valentiniani.
*ANTP. Antiochia.* P. nota Monetarii vel Antiochia percuſſa.
*ANTS. Antiochia ſignata.*
*AP. Appius* Prænomen Claudiorum
*AP. F. Appii filius.*
*AP. F. AP. N. Appii filius, Appii Nepos*
*AP. L. Appii libertus.*
*APP. E. appellatus eſt.*
*A. P. Antonii prætoria.*
*AP. Apud.*

*A. P. Q.*

*A. P. Q.* *Auli Publii Quinti*
*AP. JUD.* *Apud Judæam.*
*APLC.* *Percuſſa Lugduni Magnent. nummus.*
*AQUA. MAR.* *Aqua Marcia.*
*AQ.* *Aquileja* nummi Conſtantini M. Conſtantii
*AQ. OB.* *Aquileja obſignata.*
*AQ P. S.* *Aquileja pecunia ſignata.*
*AQ. S.* *Aquileja ſignata.*
*ARG. P. x.* *Argenti pondo decem*
*ARK. RET. P.* *Arka retro poſita.*
*ARN.* *Arnienſi* ſc. tribu.
*AR. V. V. D. D.* *Aram votivam dono dedit.*
*ARIM.* *Ariminorum.*

 *Argento.*

 *Arn.*

*ARMIN.* *Arminia.*
*ARM. P.* *Arma publica.*
*ARAB.* *Arabicus* vel *Arabia.*
*ARAB. ACQUI.* *Arabia acquiſita.*
*ARM. CAP.* *Armenia capta.*
*AST.* *Aſturia* vel *Aſta*
*ASIS.* *Siſcia,* nummi Conſtantini M. Licinii.
*ASI.* *Aſia.*
A. *At* vel *Ta.*
*AT.* *autem* vel *à tergo.*
*ATQ.* *Atque.*
*ATR.* *Treviris nummus Criſpi* ubi A. nota monetarii.
*AUG.* *Auguſtus* vel *Augur.*
*AUGG.* *Auguſti duo* vel *Auguſtorum.*
*AUGGG.* *Auguſti tres*
*AUG.* *Auguſta* vel *Auguſtalis*
*AUG. F.* *Auguſti filius.*
*AUG. N.* *Auguſti Nepos*
*AUG. P.* *Auguſti puer*
*AUG. CUR. R. P.* *Auguſtalis Curator Reipubl.*
*AUG. ET POP.* *Auguſtales & populus*
*AUG. ET Q. AUG.* *Auguſtalis & Quaſtor Auguſtalium*
*AUR.* vel *AUREL.* *Aurelius* vel *Aurelia.*
*AUC.* *Auctoritas.*

 *Au.*

 *Aur.*

*A. x.* *Annis decem.*

B.

*BALB.* *Balbus.*
*BARB.* *Barbatus.*
*B. A.* *Bonam actionem.*
*APO. Apoſtolus.*
*ARCHIC. Archi-Cancellarius.*
*ARCHD. Archidux*
*ARCHIEP. Archiepiſcopus*
*ARCHIM. Archi-Marſchallus*
*ARC. Archi-Camerarius.*
*ARCHTHES. Archi-theſaurarius*
*AUST. Auſtria*
*AUG. Auguſtus*

BAR.

Digitized by Google

B.

BAR. *Baro.*
B. *Burggravius. Bavaria.*
BEAT. *Beatiſſimus.*
BAV. *Bavaria.*
BOH. *Bohemia.*
BR. *Briga.*
BR. *Brandenburgum*
B. D. *Bavaria Dux.*
B. NOR. *Burggravius Norinberg.*
B. J. E. K. *Bernburgi, Jevera & Knyphuſii.*
B. Z. O. *Biſchoff Zu Oſnabrück*
BURG. *Burgundia.*

C.

CA. *Cancellarius.*
CARL. CASP. *Carolus Caſparus.*
CARL. LUD. *Carolus Ludovicus.*
CARL. WILH. *Carolus Wilhelmus.*
CARL. FUG. *Carolus Fugerus*
CHR. *Chriſtus.*
CLEM. *Clemens.*
COMIT. *Comitatus.*
COM. *Comes.*
COM. TY. *Comes Tyrolenſis*
C. P. RH. *Comes Palatini Rheni.*
C. A. *Comes Aſcania*
COM. OTT. *Comes Ottingenſis*
COM. PYRM. *Comes Pyrmonti*
COM. SPAN. *Comes Spanheimenſis.*
COM. VELD. *Comes Veldentia.*
COAD. *Coadjutor.*

D.

D. *Dynaſta.*
D. B. *Dux Bavaria.*
D. D. E. M. *Dextra Domini exaltavit me.*
D. S. J. C. E. M. *Dux Saxonia, Julia Clivia & Montium.*
D. S. E. H. *Dux Sleſwica & Holſat.*
D. S. *Dominus Serveſta*
D. B. E. LUN. *Dux Brunſvicenſis & Luneburgenſis*
D. G. D. B. E. L. *Dei gratia Dux Brunſvicenſis & Luneburgenſis.*
DYN. AR. *Dynaſta Arnſtadii*
D. G. *Dei gratia.*
DIV. *Divinus.*

E.

E. *Electus*
EL. } *Elector.*
ELECT. }
EL. EP. *Electus Epiſcopus.*
E. IV. COM. I. COM. S. *e quatuor Comitibus Imperii Comes Swartzburg.*
EG. *Egon. nomen proprium.*
EP. *Epiſcopus.*
EP. URAT. *Epiſcopus Uratiſlaenſis.*
EPUS. ARG. *Epiſcopus Argentoratenſis.*
EPI. PADER. *Epiſcopus Paderbornenſis.*



Digitized by Google

*EP. WOR. E. SPIR. Epiſcopus Wormacenſis & Spirenſis.*
*ERN. Erneſtus.*

F.

*FRAN. Franciſcus.*
*F. O. D. Francia Orientalis Dux*
*FRAN. EG. Franciſcus Egon.*
*FRAN. Francia.*
*FRID. Fridericus.*

G.

*GE. Germania. Germani*
*GEOR. Georgius.*
*GEOR. WILH. H. Z. B. V. LUN. Georg Wilhelm, Hertzog Zu Braunſchweig und Luneburg.*
*G. Z. W. U. H. Graff Zu Wittgenſtein und Hohnſtein.*
*G. Z. Spon. U. Eber. Graff Zu Spohnheim und Eberſtein.*
*G. Z. E. Graff Zu Erbach.*

H.

*HU. Hungaria.*
*HER. Herbipol.*
*H. N. Haredi Norwegia*
*H. N. D. SLE. Haredi Norvegia Duci Sleſviſcenſi*
*H. Z. H. U. NW. Herr Zu Homburg und Neumögen.*
*HEID. Heidenheim.*
*H. D. ER. Henrich der erſte.*
*H. Z. S. E. U. W. Hertzog Zu Sachſen Eiſenach und Weymar.*
*H. Z. R. B. L. U. M. Herr Zu Röteln, Baadenweiler Lahr und Mahlberg*
*H. Z. B. Herr Zu breyberg.*
*HON. Honſtein.*

I.

*I. in.*
*JOH. Johannes.*
*JOH. FRID. Johann Fridericus.*
*JUL. FRAN. Julius Franciſcus.*

K.

*KY.* vel *K. Kyburgum.*

L.

*LEOPOLD. Leopoldus*
*LAND. HASS. Landgraff Haſſia.*
*LAND. Z. SAUS. Landgraff Zu Sauſenberg.*
*LIG. Lignicenſis.*
*LIB. BAR. Liber Baro*
*LOTAR. Lotharingia.*
*LUD. Ludovicus.*
*LUB. Lubeccenſis.*

M.

*MARG. Z. B. Marggraff Zu Baaden.*
*M. BR. Marchio Brandenburg.*
*M. R. Magdeburgum.*
*M. D. Magdeburgi Dux.*
*MAR. B. Marchio Brandenburg.*
*M. PR. D. Magdeburgi Pruſſia Dux.*
*ME. Mezobar.*
*MO.* } *Moguntia.*
*MOG.* }
*MONT. Montium.*

*MON.*

*MON. Montiſpelicardium.*

N.

*NOR. Norinberga.*

*NUM. Numburgum.*

*NOV. MON. Nova moneta.*

*NAVAR. Navarra.*

O.

*OTT. Ottingenſis.*

*OLS. Olſna.*

P.

*P. Pater.*

*PAT. HU. Patrona Hungariæ*

*PETR. Petrus*

*PE. perpetuus.*

*P. E. Princeps electus*

*PR. Princeps.*

*PONT. M. Pontifex Maximus.*

*PROV. Providentia.*

*POM. Pomerania*

*POMER. CIT. Pomerania Citerior.*

*P. AA. poſtulatus Adminiſtrator.*

*PR. A. Princeps Anhaltinus.*

*PRÆ. WEST. Præpoſitus Weſtenburgenſis.*

Q.

*QUEDL. Quedlinburg.*

R.

*R. I. Romanum Imperium, Romanus Imperator.*

*R. Romanus.*

*RUD. AUG. Rudolphus Auguſtus.*

S.

*S. Semper.*

*SUCC. Succeſſor.*

*SIL. Sileſia.*

*SIGIS. Sigiſmundus.*

*STIR. Styria.*

*SILV. Sylvius.*

*STERNF. Sternfeldium*

*S. R. I. P. Sacri Romani Imperii Princeps.*

*SAX. Saxonia.*

*S. S. MOG. Sacra ſedis Moguntina.*

*S. OLS. Sileſia Olſna*

*SVEC. GO. VAND. REX. Suecorum Gothorum Vandalorum Rex.*

T.

*TIR. Tyrolis.*

*TREV. Trevirenſis.*

*TEC. Teccia*

V.

*URAT. Uratiſlavia.*

*V. GG. Von Gottes Gnaden.*

*U. H. und Hochberg.*

W.

*WILH. Wilhelmus.*

*WOLAV. Wolavia.*

*WIRT. Wirttenberga*

*WOR. Wormacenſis.*

*WEST. Weſtenburgenſis*

Plures quidem colligere potuiſſemus, ſed lubentes ſuperſedemus, cum alia adhuc tractanda reſtent. Ex his tamen colligere eſt, Noſtrates hunc morem à Romanis mutuo accepiſſe.

# Caput XXIII.

## *De Græcorum* Siglis *numiſmatum.*

§. I. Illuſtris *Spanhemius*, quem natura protulit, ut homines, quem admirentur, habeant, in opere ſuo eruditiſſimo de uſu numiſmatum diſſert. 2. (qui liber aſſervatur in *Cimeliarchio Stuttgardiano*) circa Græcorum nummorum inſcriptionem multa notatu digna Eruditis communicavit, quæ omnes curioſi ſciant oportet, niſi animam nummi i. e. inſcriptionem negligere velint. Immutabiles ſteterunt literæ majuſculæ ad *Domitiani* uſque tempora, ubi litera Σ per C. depingi cepit, Ζ & Ξ per Ξ expreſſum videmus, ut & Π per Γ. Γ ipſum vero per C. etiam Ω per W & non ſolum in Imperio, quod vocare ſolent baſſo commixtio obſervatur latinarum & Græcarum literarum, ſed etiam in coloniis alti imperii. S. R. F. pro C. P. Φ ſculpta ſunt. Porro ſæpe E. pro H poſitum fuit, ut ΑΘΕΝΑΙΩΝ Ο pro Ω. ut HPOC. H. pro pura aſpiratione, ut HIMEPAIΩN. & Σ pro Ζ ut ΣΕΥC, quin imo ΣΔΕΥC pro ΖΕΥC poſuerunt; Α interdum occupat locum Ω. imprimis in fine nominum populorum, ut ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ, ΚΥΔΩΝΙΑΤΑΝ pro ΤΩΝ. Vid. *Jobert. la ſcience de medailles*. ſtruct. 7. *pag*. 108.

§. II. Quod reliquum character Græcus conſervatus reperitur ad Galienum uſque, à quo tempore rotunditas deficere incepit literarum; inprimis in nummis Ægyptiacis, & ſequentibus temporibus etiam in Conſtantinopolitanis nummis à *Conſtantino* M. ad *Michaelem Rhangab* uſque non niſi Latinæ inveniuntur inſcriptiones, exceptis Monogrammatibus, quæ Græcè exprimebantur; ut Focas ΦΚ. Inveniuntur etiam inſcriptiones Græcæ in nummis, quæ à dextera ad ſiniſtram more hebraico exaratæ ſunt; ut nomen Regis *Gelas* ΣΑΛΑΓ. Ex his conſtat literas apud Græcos ſæpe mutatas fuiſſe, ita ut una pro altera poſita fuerit.

§. III. Fatemur quoque nonnunquam in inſcriptionibus vetuſtis I pro H. vitio operariorum irrepſiſſe, ut Επικός pro

Επη-

Ἐπηκόῳ. In nummo apud *Patinum*, ΜΙΤΡΟ pro ΜΗΤΡΟ, & viceverſa H pro I. ut χαίρην pro χαίρειν. Verum hæc mutatio nequaquam locum habere poteſt, nec quicquam cauſæ *Kircheriana* opitulatur. Nam H in marmore non eſt litera, verum aſpiratio, & KH. idem valet quod litera duplex X. Antiquiſſimi ſc. Græcorum ſexdecim tantum literas tradente *Cadmo* Phænice habuerunt; Α. Β. Γ. Δ. Ε. Ι. Κ. Λ. Μ. Ν. Ο. Π. Ρ. Σ. Τ. Υ. quibus poſtea *Palamedes* belli *Trojani* tempore adjecit Θ. Ζ. Φ. Χ. totidemque *Simonides Melicus*. Ξ. Η. Ψ. Ω. uti memoriæ mandat *Plin. lib. 7. c. 57.* Antequam igitur vel duplices illæ vel longæ adderentur, alia obtinuit ſcribendi ratio, & pro χρόνος exarabant ΚΗΡΟΝΟΣ. videatur *Gisbert. Cuper. in Apotheoſ. ſ. Conſecrat. Homer. pag. m. 40.*

§. IV. Hiſce literis Græcos numiſmata ſignaſſe atque inſcriptionibus ornaſſe conſtat. Nemo inficias ibit, quod Græcorum nummi Romanos quoad inſcriptionem impreſſam & figuræ ſignificationem longè ſuperent. Audiamus de iis judicium *Morelli, in ſpecim. rei nummariæ antiquæ pag. m. 15. edit. Lipſ.* ſcribentis: *Græcos Imperatorum nummos appello, qui illorum capitibus & Græco epigraphe inſigniti ſunt, copia & ſingulari typorum ratione Latinos plurimorum Imperatorum exſuperant: deſunt tamen hiſce omnibus ferè nummis nota chronologica, quibus anni ad Imperatores ſpectantes diſcerni queant.*.

§. V. In his nummis Græci non ſolùm ſingularibus utebantur expreſſionibus, ſed etiam imitari ſolebant quæcunque in Latinis nummis animadvertebant honori Imperatorum tributa; inde omnes ferè virtutes & attributa occurrunt in Græcis nummis. e. g. Δικαιοσύνη, Εὐτυχία, Ἀγαθή, Νίκη, Τύχη, Ἐλπίς, Πρόνοια, Εἰρήνη, Εὐτυχεῖς καιροί & ſimilia. Inſcriptiones quoque uſurpabant per SIGLAS ſeu Literas initiales, quæ plurimis in locis multa difficultate laborant, quarum Oedipus fuit ſummæ eruditionis vir *Carolus du Freſne in diſſert. de nummis medii ævi, Gloſſario adjecta*, quam curioſus indagator antiquitatum evolvere dignetur. Profert *Jobertus Heraclii* nummum, in quo videre eſt: *Deus adjuta Romanis*; vid. *Dn. Struvii Bibliothec. numiſmat. ſect. IX.* quod Græci exprimebant hoc modo: ΒΟΗΘΕΙ. & quod tantum literis initialibus ſeu SIGLIS reperi-

peritur ΒΟΗΘ. Quinimo hac invocatione honorabant B. Virginem Mariam; nam in nummis *Johannis* & *Romani Diogenis Impp. Conſtantinopol.* hæc inſcriptio addita eſt *S. Virgini Imperatori* Camelaucium imponenti: ΒΟΗΘ. ΜΘ. ΡΩΜΑΝΩ. h. e. *Auxiliare Mater Dei Romano.* Ejuſmodi abruptionem deprehendimus in nummo *Conſtantini Copronymi* his literis conſpicuo. C. LEON. ΡΑΜΥLΘ, quæ verba *du Cange* ita explicat: CONSTANTINUS LEONI PERPETUO AUGUSTO MULTOS ANNOS. Ejuſmodi Inſcriptiones in variis reperiri numiſmatibus ex iis ſatis conſtat.

§. VI. Sic Baſſum Imperium nobis oſtendit varia monogrammata, quæ ubivis fere obvia ſunt, cum primis M. I. K. quod juxta SIGLAS ſeu literas Eruditi explicant ita: MARIÆ, JESU & CONSTANTINI potiſſimum ex ea ratione, quia crucis ſignum intercalatum reperitur. S. *Maria* monogramma eſt Μ. Θ. i. e. Μήτηρ Θεοῦ *Mater Dei*, aut etiam hæ literæ inveniuntur ΘΕ quod ΘΕΟΤΟΚΟΣ ſignificat, h. e. MATER DEI. Hoc teſtantur *Johannis* & *Romani Diogenis* Impp. Conſtant. nummi. Frequentius autem eſt hoc ſignum ter ſanctum & ſalutare ☧ ſeu Χ & Ρ. compoſitum. Vid. de hoc B. *Hildebrandi Profeſſ. Antiquit. in Alma Julia quondam Manuſcriptum de Antiquitatibus Eccleſiaſticis*, ubi plurima lectu digna, quæ recenſere ſuperſedemus. Ita nummus *Conſtantini* hoc ſignum gerit in memoriam victoriæ ab hoſtibus deportatæ cuſus. Quare extra omnem dubitationis aleam ponimus, ſignum hoc Conſtantino ſalutare fuiſſe. conf. *Don Antonio Agoſtini Hiſpan. in Dialog. pag. m. 11. edit. Rom.* ubi plura.

§. VII. Hoc tamen ſicco ſilentii pede non eſt tranſeundum, quod idem ſignum ☧ à gentilibus Regibus uſurpatum fuerit; occurrit enim in *Ptolemæi Apionis* & aliorum æneis nummis, qui multis ſeculis *Conſtantino* vetuſtiores. Variæ igitur de hac re explicationes & traditiones. *Pignorius* putat fuiſſe nomen ejus, qui monetam cudi curaverit. v. g. *Chriſtodoti Chryſaori, Chriſantii*: magis tamen placet eorum ſententia, qui arbitrantur, ſignum ΧΡΕϹΤΗΡΙΟΥ ſeu *Oraculi Ammonis* fuiſſe, quod

quod à profano uſu ad ſacrum *Conſtantinus* tranſtulerit; uti *Excell. Wagenſeil. Fautor & Patronus noſter venerandus* ex *Ruperti orat. hiſtor. pag.* 798. refert. Non igitur hoc loco anxii erimus in hac re; an à gentilibus hæc nota uſurpata fuerit, nec ne; nobis tamen venerabile ſemper. Imò non raro apud Gentes crucis forma reperitur, cumprimis ductus ille, ab Ægyptiis in hieroglyphicis uſitatus, de quo *Athanaſ. Kircher. in Oedip. Ægypt.* & *Pignorius in lib. de hierogl.*

§. VIII. Et licet in aliis nummis Epocha non eadem felicitate explicetur, cum in multis nulla reperiatur; attamen in Græcis numiſmatibus à *Juſtiniano* tempore ſatis obſervata fuit; ubi tamen quidam nummi Civitatum, quos *Hubert. Goltzius* exhibet, excipiuntur, in quibus nihil chronologiæ inſerviens inveniri poteſt. In *Coloniarum* nummis unus vel alter tantum epocham habet ſignatam. Aliter res ſe habet in nummis civitatum Græciæ *Neocores* dictæ, illæ plane alio computandi modo utebantur, nam magna circumſpectione jus conſervabant, quo æditui eſſent, de quibus pluribus egit illuſtr. *Spanhem. in epiſtol. Morelli tractatui annexis. edit. Lipſ.* Si itaque hanc celebrandi ſolennitatem & libertatem à Principe vel Senatu impetrarent, haut intermiſſa eſt cura, hujus rei memoriam nummis imprimendi, ut: ΔΙϹ. ΤΡΙϹ. ΤΕΤΡΑΧΙϹ ΝΕΩΚΟΡΟΝ. Æræ tamen nota varia fuit, quæ interdum plenius exarata invenitur, ΕΤΟΥϹ ΔΕΚΑΤΟΝ *anno decimo.* Sed abbreviandi modus ſeu per Siglas frequentior eſt, ut E. aut ET. A. B. hoc eſt anno 1. 2. ſed vero L. omnium eſt frequentiſſima nota; eſt autem litera initialis vetuſtiſſimi vocabuli λυκάβαντος, quod Poëtis uſitatum ferme tantum fuit, & ſignificat idem, quod ΕΤΟΥϹ *annum.*

§. IX. Civitatum æra, omiſſa anni littera, tantum numero ſignata eſt, ita tamen, ut inferius poſita litera numeri ſit initium ΔΜ. 44. quod non legendum ſeu numerandum ΜΔ. Ejuſmodi numerus invenire eſt in nummo Pompejopolis, cui additus eſt numerus ϹΚΘ. 229. Hæc litterarum poſitio etiam uſitata eſt, ſi unus vel alter annus ponitur, ut in nummo *Antonini* LH. *anno octavo.* In Imperio Conſtantinopolitano ſeu Græco epocha Latinis ſignis eſt expreſſa. e. g. III. V. VI. A

Juſtino ad Theophylum uſque totum poſticæ ſpacium occupat, duabus lineis perpendicularibus, nam ita conſpicitur in nummo *Juſtini* ANNO K χ & Juſtiniani ANNO J x x iii & ſic in reliquis.

§. X. Nec hoc ſilentio tranſeundum, quod magna authoritas ſit litterarum ſeu monogrammatum, quæ toties in poſtica nummorum reperiuntur. Sunt autem triplicis generis, vel SC. vel Γ. Β. vel Δ. Ε. Primum ſatis notum eſt, ſignificat enim *Senatus Conſultum*. Secundum idem ſignificat Γνώμη Βȣλῆς *Senatus Decreto*. Tertium ad populum ſpectat ΔΕ. Δημαρχικῆς Ἐξȣσίας *populi juſſu* ſeu *Tribunitia poteſtate*. Apud Græcos itaque nummi his literis inſigniti reperiuntur Γ. Β. quod eruditus *Vaillant* interpretatus eſt Γνώμη Βȣλῆς ſeu *Senatus Decreto*, exprobrans *Harduini* errorem, qui explicat Γ. Β. *anno ſecundo*. cum tamen non ſit Lambda, ſed gamma. Vid. *Vail. Impp. T.* 1. *p.* 268. Reſtat nobis harum literarum tertia ſpecies Δ. Ε. quod idem eſt, ſi Ζ. annexum. ut Δ. Ε. Ζ. Quando hæc verba in titulo Imperatoris inveniuntur, idem ſignificant ac TRIBUNITIAM POTESTATEM. Ita in nummis *Auguſti* ΔΗΜ. ΕΞ. ΛΗ. quod in Latinis eſt *Tribunitiæ poteſtatis* XXXVIII. Si vero in altera nummi parte inveniantur loco SC. ſignificant *populi juſſu*, & ſe referunt ad ſtatuas aut alia monumenta publica, quæ in Cæſaris honorem populi juſſu Romæ erecta fuerunt.

§. XI. Sunt etiam alia nummorum inexplicabilia ſigna, quæ Monetariorum ſunt, hi enim de parte ſua quædam adjiciebant ſigna, ut opera ſua diſtinguerent, ſimul ac locum, in quo nummus obſignatus erat. Hæc ſigna non ſolum obvia in Imperio Baſſo, ſed etiam ipſis Conſularibus. Horum ſignorum teſte *Joberto Morellius* cc. & quod excedit, collegit. Pedetentim tamen ab eruditis explicantur. Cl. *Vaillant* non paucos numeros intelligendos declaravit; & *Harduinus* penetravit, quod literæ Α. Β. Γ. Δ. quæ in nummis Imperatorum reperiuntur, ſint notæ variorum monetariorum unius civitatis, quorum nomina expreſſa habent antiquiores nummi: inde legitur

in

in Juliani Apoſtatæ: *Officina Lugdunenſis* in *Mauritii*: Vienna de *officina Laurentii*. Ex his & aliis facile colligere poteſt Lector, quod Siglarum uſus in numiſmatibus Græcis fuerit frequentiſſimus.

§. XII. Ipſos nummos ſi conſideramus, qui certis literis ſignati ſunt, opinionem noſtram firmiorem reddunt, quippe in illis ſæpe duæ vel tres litteræ vocem deſignantes reperiuntur, quæ Lectoribus Siglarum inexpertibus magnas moleſtias creant. Ut igitur etiam huic obſtaculo impedimentum removeamus, ex antiquorum numiſmatibus has enucleabimus, quo deinceps nulla remora injiciatur eis, qui ſenſum litterarum intelligere ſudant. Operæ pretium autem exiſtimavimus, ut ſeriem Imperatorum cum Inſcriptionibus Græcis, ſimulque vocum abruptiones in nummis exhibeamus. In nummo *Caji Julii Auguſti* hæ Siglæ extant: CΕΒΑΣ. ΚΑΙ. ΑΥΤ. ΑΡΧΙΕΡ. ΜΕΓ. ΥΠΑΤ. ΙΓ. ΔΗΜ. ΕΞΟΥ. ΛΗ. ΠΑΤ. ΠΑΤΡ. ΑΥΓ. i. e. *Auguſtus Cæſar Imperator*, *Pontifex Maximus. Conſul. Tribunit. poteſt.* XXXVII. *Pater Patriæ Auguſtus.* Similiter in nummo Tiberii hæ impreſſæ conſpiciuntur. ΤΙΒ. ΚΑΙC. CΕΒΑC. ΥΙΟC ΑΥΤ. ΑΡΧ. ΜΕΓ. ΔΗΜ. ΕΞ. ΛΘ. Quas ita reddimus *Tiberius Cæſar Divi Auguſti filius Pontifex Maximus Tribunitia poteſtate* XXXIII. In *Druſi* nummo. ΔΡΟΥC. ΚΑΙC. ΤΙΒ. CΕΒ. ΥΙΟC. ΔΗΜ. ΕΖ. ΥΠ. Β. i. e. *Druſus Cæſar Tiberii Auguſti filius Tribunit. poteſtate. Conſul iterum*, ubi litera Β. ternarium numerum exprimit. *Caji Julii Cæſaris Germanici* nummus hac inſcriptione Græca gaudet. ΓΑΙ. ΙΟΥΛ. ΚΑΙC. ΓΕΡΜ. CΕΒ. ΑΡΧ. ΜΕΓ. ΔΗ. ΕΖ. Δ. ΥΠ. Δ. ΠΑΤ. ΠΑΤΡ. *Cajus Julius Cæſar Germanicus Auguſtus Pontifex maximus Tribunit. poteſt.* IV. *Conſul.* IV. *Pater Patriæ.* Ne itaque juſto prolixiores videamus, filium rumpere cogimur, ſi prius paucorum Græcorum nummorum Siglas perluſtraverimus. Inter hos maximi moduli eſt, quem nobis exhibet *Cardin. Carpegne* hac inſcriptione: ΑΥΤ. ΚΑΙ. Μ. ΑΥΡΗ. ΚΟΜΟΔ. ΕΠΙ. CΤΡ. Π. ΑΙΛΙΟΥ ΚΟΙΝΟΝ. ΟΜΟ. ΠΕΡΓΑΜ ΚΑΙ ΕΦΕΣ. i. e. *Imperator Cæſar Marcus Aurelius Commodus ſub ſtratego ſeu Prætore Publio Lipio Communitas, Concordia Pergamenorum & Epheſiorum.* Similiter: ΑΥΤ. Κ. ΑΥΡ. CΕΥΗ. ΑΝΤΩΝ. ΑΥΓ. ΠΕΡΙΝΘ. Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Imperator Cæſar Aurelius Severus Antoni-*

*toninus Auguſtus Perinthiorum bis Neocororum.* ΑΥΤΟΚ. Κ. ΜΑΡΚ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝ. ΛΑΟΔ. ΠΡΩΤΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Imperator Cæſar Marcus Aurelius Antoninus Laodicenſium Primorum ter Neocororum.* Et quæ aliæ ſunt Inſcriptiones, quæ apud Græcos nummis inprimebantur.

§. XIII. Cum autem noſtri inſtituti non ſit, omnes nummorum Siglas recenſere, quia aliàs magnum volumen conficere poſſemus; Itaque paucas dabimus Siglas, ex quibus Lector B. conjicere poterit, Siglarum uſum Græcis fuiſſe uſitatiſſimum. Sint ergo ſequentes.

A.

ΑΥΛ. *Aulus.*
ΑΝΤ. *Antonius.*
ΑΔΡΙΑ, ΑΔΡΙ., ΑΔΡ. } *Adrianus*
ΑΙΛ. *Ælius.*
ΑΤΥΛ. *Atylius.*
ΑΡΧΙΕΡ. ΜΕΓ., ΑΡΧ. —— } ἀρχιερεὺς μέγας. *Pontifex Maximus.*
ΑΥΤ., ΑΥ. } *Imperator*, αὐτοκράτωρ.
ΑΥΤ. ς. *Imperator ſeptem.*
ΑΥΡΗ., ΑΥΡ. } *Aurelius.*
ΑΥΓΟΥ., ΑΥΓ. } *Auguſtus.* Αυγȣ́ςος.
ΑΡΙC., ΑΡ. } Ἄριςος *Optimus*

B.

ΒΑΣ. Βασιλεὺς *Rex.*
ΒΑΛ. *Valerius.*
Β. —— *bis.*
ΒΟΗΘ. Βοήθει *Deus auxiliare Roma.*

Γ.

Γ. Β. Γνώμη βȣλῆς *Senatus Decreto*
Γ. *Cajus.*
Γ. *ter. tertius.*
ΓΑΛ. *Galba*
ΓΕΡΜ. *Germanicus.*
ΓΡ. Γραμματεὺς *ſcriba.*

Δ.

Δ. Δίκαιος *juſtus.*
ΔΗΜ. ΕΞΟΥΣ., Δ. Ε. } Δημαρχικῆς Ἐξȣσίας *Tribunitia poteſtate.*
ΔΗΜ. ΕΞ. ΙΗ. *Tribunitia poteſtate* XVII.
Δ. *quater.*
ΔΙC. *bis.*
ΔϘΥ. *anno* 494.
ΔΕΡ. *Derbe*
ΔΑΚ, *Dacicus.*
Δ. Ε. *Tribunitia poteſtas.*
ΔΟΜ. *Domitianus.*

E.

Ε. *quintum.*



Digitized by Google

ET. Λ. ἔτȢς. Λ. *anno trigeſimo.*
ET. E. ΔΡΑΧΜΗ. *anno V. drachma.*
EΓ. *Egnatius.*
ET. B. *anno ſecundo*
EY. } EYC. } Εὐσεβὴς *pius.*
ΕΛΕΥΘ. ἐλευθερ@
ETYX. *felix.* εὐτυχὴς
EΦE. *Epheſia.*

Z.

Z. *Sex.*

I.

IIS. vel HS. *Seſtertius.*
IA. *undecim.*
IΔ. *quatuordecim.*
IΣ. *ſedecim.*
IH. *octodecim.*
IOYΣ. *juſtus.*
ICΘ. *Iſthmia.*

K.

K. *Viginti*
KA } K } Καίσαρ *Caſar.*
KAIC. *Caſar.*
KΛΔY. *Calycadnum*
KΛΔY. *Claudia.*
KOI. *Communis*
KΓ. *Viginti tres.*
KH. *Viginti ſeptem.*
K. A. *Viginti unum.*
KΣ. *Viginti ſex.*
KO. *Commodus.*
KTIΣT, κτιστὴς *Conditor.*

Λ.

L. Λυκάβαντ@ *annus*
L. Δ. *annus quartus*
L. A. *annus primus*
L. B. *annus ſecundus.*
L. Γ. *annus tertius.*
L. H. *anno octavo.*
L. ς. *anno ſeptimo.*
L. Z. *anno nono.*
L. E. *anno quarto.*
LH. ις. *anno octavo. ſedecim.*
L. IΣ. *anno decimo ſeptimo.*
Λ. *Lucius.*
ΛEYK. *Lucius.*
Λ. AIΛ. *Lucius Ælius*
ΛEΓ. B. TRAI. L. Γ. *Legio ſecunda Trajana anno* III.
ΛK. *Leo Iſaur.*

M.

MAP. } M. } *Marcus*
MHT. μητὴρ *Mater.*
M. Θ. μητὴρ τȢ ΘεȢ. *Mater Dei.*
MHTPOΠ. *Metropolis.*
MYTI. *Mitylena.*

N.

NEP. *Nero.*
NEΩK. Νεωκόροι *Neocori ſeu populi qui templo gaudebant, in quo celebrantur quotannis ludi publici, dicuntur etiam æditui.*
NE. IEPOY. Νέȣ ἱερȢ *Novo Sancto.*
NE. HΛIOI. *Novi ſoles*
NE. ΘEI. *Novi Dei ſeu divi*

Π.

Π. Π. Πατὴρ πατρίδ@ *pater patriæ.*

ΠΕΡΓΑΜ. *Pergamenus*
ΠΕϹΚ. *Peſcennius.*
Π. ϹΕΠ. *Publius Septimius*
ΠΟΥ. ΕΓ. *Publius Egnatius*
Π. ΛΙΚ. *Publius Licinius.*
ΠΑΡΘ. *Parthicus.*

Σ.

ΣΕΒ σέβαςος *Auguſtus. Imperator*
ΣΕΒΒΒ. *Tres Imperatores*
ϹΕΒ. ΓΕΡΜ. *Imperator Germanicus.*
ϹΤΡ. ϛρατήγος *Prætor*
ϹΕΠ. *Septimius.*
ϹΕΠ. ΓΕΤ. *Septimius Geta*
ϹΑΒ. *Sabina*
ϹΑΒ. ϹΕΒ. *Sabina Auguſta,*
ϹΑΛ. *pro Galba.*
ΣΚ. *in Antiochenſium nummis idem quod S.C. Senatusconſultum.*

Τ.

ΤΙ. } *Tiberius.*
ΤΙΒ. }
ΤΙ. *Titus.*
ΤΑΡϹ. *Tarſus.*
TRAI. *Trajanus.*
ΤΕΜΗΤ. *Cenſor.* τιμήτης.

Υ.

ΥΙΟΣ. ΘΕ. υἱὸς Θεῦ. *filius Dei*
ΥΙΩΝ. ΘΕ. υἱωνὸς Θεῦ. *Nepos Dei*
ΥΠΑΤ Β. *Conſul bis*
ΥΠΑΤ. Δ. *Conſul quater.*
ΥΠ. ΤΟ. Δ. *Conſul quater*
ΥΠ. ΣΤ. *Conſul.* VI.
ΥΗ. Ζ. *Conſul.* VII.
ΥΠ. ΙΒ. *Conſul.* XII.
ΥΠ. ΙΖ. *Conſul.* XVI.

Φ.

ΦΛΑΥ. ϹΑΒ. *Flavius Sabinus*
ΦΑΥϹ. *Fauſtina.*
ΦΙΛΑΔΕΛ. Φιλάδελφοι. *Fratrum amantes*
ΦΚ. *Focas.*

## CAPUT XXIV.

### *De* SIGLIS & NOTIS *Ponderum & Menſurarum.*

§. I. Accedimus nunc ad pondera & menſuras veterum, ubi multa notatu digna occurrunt. Hæc antiquiſſimis temporibus certis notis & SIGLIS diſtincta fuiſſe conſtat. Dubio caret, quod primis temporibus ante bellum Punicum primum AS libræ & As pecuniæ ejuſdem ponderis fuerint, ita, ut moneta ponderis, pondus monetæ locum interdum ſupple-

Digitized by Google

pleverit. Poſtmodum autem credibile non eſt, hoc à Romanis obſervatum eſſe, quia varia ſigna, quibus AS & ASSIS partes conſpicuæ, pro qualitate portionis reperiuntur. Alia ſunt ſigna pecuniæ, alia partium ſeu ponderis, hæc reperiuntur apud *Voluſium Metianum* & *Budæum* de aſſe & tantum per lineas exprimuntur. Prior Scriptor, quem poſſidemus typis excuſus eſt *Lugduni* 1566. Alter autem paucis abhinc annis de novo prodiit, qui nimis prolixe de Aſſe & partibus verba facit. In quibuſdam autem videntur Siglæ & Litteræ. Interdum in illis videre eſt L. vel I ut & O. quod *aſſem* ſeu libram notat. In quibuſdam S. conſpicitur ſemiſſem denotans. Aliqui quatuor punctis aut circulis minoribus diſtinguuntur, qui quatuor uncias ſeu trientem conſtituunt. Tria puncta in aliis de quadrante teſtantur. Sextans duobus punctis cognoſcitur: Horum omnium ectypum exhibet *Hiſpanus Don Antonio Agoſtini nell. diſcorſi ſopra le Medaglie, tradotti dalla lingua Spagnuola nell' Italiana edit. Rom.* 1592. *pag. m.* 6. ubi ita diſſerit: *In alcune ſi trona una. I in alcune un L. che ſignifica una libra, overo un aſſe. In altre una S. che dice Semis che è mezza libra, overo ſei oncie, che è il Triente. In altre tre punti che ſono tre once* &c. Ex his patet, Romanos ASSES ſignaſſe & *notis* & Siglis.

§. II. Ut igitur notitiam aliquam diviſionis Aſſis & illius notarum & Siglarum habeant; notandum, quod prima diviſio ſolidi, i. e. libræ, quod AS vocatur, in duas partes dimidias deducatur. Pars itaque dimidia SEMIS vocatur & Sigla ejus eſt S. Sequens diviſio fit in tres tertias partes, pars tertia TRIENS appellatur notaque ejus eſt ☰ ☰. Sequitur diviſio in quatuor quartas partes, & pars quarta QUADRANS dicitur, notaque ejus eſt ☰—. Deinde diviſio fit in ſex ſextas partes, & ſextæ partis nomen eſt SEXTANS, cujus nota eſt ☰. Deinde dividitur in octo octavas, quæ SESCUNCIÆ vocantur, quarum nota eſt ΣI. Item in novem nonas, nona pars vocatur uncia duæ ſeſtulæ, nota eſt ~☰. Dividitur AS. in duodecim partes duodecimas, vocantur Singulæ, UNCIA, cujus nota —. Hæc velut elementa primæ de ASSE diſtributionis æqualitatem ſervant.

§. III. Si

§. III. Si quid autem quibuſdam earum detrahas, vel confe-ras, fient diſpares: quare ſi quadranti ſextantem, vel trienti unciam applices, facies QUINCUNCEM, qui conſtat ex quinque Unciis, hoc eſt, quinque duodecimis. Nota quincuncis ≡–≡. Si ſemiſſi applices unciam, vel quincunci ſextantem, vel trienti quadrantem, efficies SEPTUNCEM h. e. ſeptem duodecimas. Nota Septuncis eſt X. Si Septunci applicueris Unciam, vel Semiſſi ſextantem, vel quincunci quadrantem, vel trienti tantundem, facies BESSEM i. e. duodecimas octo. Nota beſſis — S — Si beſſi applicueris unciam, vel ſeptunci ſextantem, vel ſemiſſi quadrantem, vel quincunci trientem, DODRANTEM efficies, h. e. novem duodecimas. Nota dodrantis eſt SZ. & ſic porro: de qua re videatur Budæus de Aſſe & alios probatos Scriptores. Damus Siglas & Notas ASSIS in tabella hoc modo:

| | | | |
|---|---|---|---|
| *As ſeu Libra* | [illegible] | XII | |
| *Sic dupondii* | [illegible] . | | |
| *Deunx* S | ≡–≡ ; | IX | |
| *Dextans* | S ≡ ≡ | X. | |
| *Dodrans* | SZ. vel S ≡ | IX. | |
| *Bes* — | S — | VIII. | |
| *Septunx* | X. | VII. | *Unciæ.* |
| *Semis* | S. | VI. | |
| *Quincunx* | ≡–≡ | V. | |
| *Triens* | ≡ ≡ | IV. | |
| *Quadrans* | ≡– | III | |
| *Sextans* | ≡ | II. | |
| *Seſcuntia* | ɛς μ. | XV. | |
| *Uncia* | — | I. | |
| *Semuncia* | | Σ, | |

§. IV. Quemadmodum autem Aſſis in ſuas partes dividitur, ita etiam *Uncia*, ubi prima diviſio fit in duas partes dimidias, quæ

Digitized by Google

quæ vocantur SEMUNCIÆ. Nota ejus eſt Σↄ. Item dividitur uncia in tres partes, quæ vocantur BINÆ SEXTULÆ. Nota binarum Sextularum eſt ıↄ. Item dividitur Uncia in quatuor SICILICOS. i. e. quatuor quartas. Nota Silici eſt ↄ. Item in ſextulas ſex, i. e. ſex ſextas. Nota ſextulæ eſt ⳨. vid. *Hoſt. p.* 175. Item in duodecimas duodecim, quas ſingulas partes, DIMIDIAS SEXTULAS vocamus. Nota dimidiæ ſextulæ eſt ⳨. Item in SCRIPTULA viginti quatuor. Scriptuli nota ⳨. Huc etiam pertinent *Denarius*, quo pro *pondere* utitur *Plin. lib.* 21. *c.* 24. & *lib.* 24. *c.* 2. 5. 6. Nota hujus eſt X. Referuntur huc etiam *Quinarius*, cujus nota eſt V. Seſtertius cujus nota HS.

§. V. Nunc quod ad Denarium attinet Sigla fuit litera X qua Plinius, uti dictum ſæpe utitur *lib.* 23. ubi inquit: Poſt additur Omphacii aridi pondus X duorum, aut myrrha X unius, croci X unius. Item hac nota X cum ſubſcripta unitate & *Celſus* utitur. Apud Scrib. Largum Denarii nota hæc eſt X. frequentiſſima. De hac litera dein originem traxerunt X Σ. ſemuncia ſicilicus vel ſeſcuntia. H ſextans ſicilicus. X = Quartuſſis. X = ? Σ. Quinques. X = = Σ Sextis. X = =̶ Sextus. X S Σ Nonus. Denariorum mentionem facit *L. Cæcilius* L. F. in inſcriptione quadam, quam recenſet *Hiſpan. Antonio Agoſtini pag. m.* 174. his verbis: D R IQUE VOLO X VII Ð i. e. dare vult *Denariorum ſeptem millia quingentos.* Sunt & alia pondera quæ per Siglas exprimuntur, ut Dupondius per literam S. Dupondius ſemis per S⅂T. *Treſſis* per S = Σ. *Treſſis ſemis* S =̶ ΣT. Diximus ſupra, quod Seſtertii nota vel potius Sigla hæc fuerit HS. cui adjiciuntur ſequentes IIS. & LLS.



Digitized by Google

& H. S. & HS, quibus ſignificantur duæ libræ & ſemis. Quando autem linea ſupraducta reperitur millenarium numerum indicat, uti H̅S̅. & hanc notam in vetuſtis libris ſe deprehendiſſe ſcribit *Budæus lib. 2. de Aſſe.* C. *Cæcilius Claudius* Iſidorus teſtamento edixit, quamvis multa civili bello perdidiſſet, tamen relinquere in numerato HS. DCM: id in antiquiſſimo libro apud *Plinium* ibidem eſſe dicit H̅S̅. D̅C̅, ut itidem *Seſtertium ſexcenta millia ſignificet.*

§. VI. SIGLAS in ponderibus uſitatas collegit *Iſidor. lib.* XIV. *c.* 26. ubi Z. denotat dimidium obulum, T. tres obulos. F. quatuor E. quinque H. Siliquas octo ſeu tremiſſem apud Latinos. Hos ſecuti ſunt Græci, qui etiam SIGLIS in ponderibus uſi ſunt, e. g. N. Græcorum ſolidum. IB. dimidium ſolidum. ΝΓ. ſemiunciam. ΓΟ. unciam. ΑΛ. talentum ſignificabant. Similiter Minæ SIGLA olim erat μν: quippe duæ priores literæ vocis altera alteri imponebatur. Δραχμῆς autem hæc < inſtar Græcæ literæ lambdæ, ſed in latus proſtratæ: Semidrachmæ vero >. Obuli Sigla olim linea recta in obliquum ducta hoc modo ∽. Chalci ſeu χαλκοῦ apud Veteres ita ſcribebatur χᵃ. Græci quoque Medici pondera quædam à Romanis, poſtquam illi in Græcia quoque rerum ſunt potiti, acceperunt mutuo, & Græcis ponderibus admiſcuerunt. Sunt autem hujuſmodi pondera novem ΜΝΑ. cujus SIGLA μν, *Plin. lib.* 14. *c.* 17: ΛΙΤΡΑ hoc eſt libra, cujus hæc fuit λ'. Quanquam etiam *Galenus* dicit ρ' δραχμὰς pro libra & mina ſcribere quoſdam. Teſtatur hoc *lib.* 6. de *compoſit. Medic. ſecundum* genera, ubi inquit: Πότε μὲν γὰρ ἀντὶ τῆς λίτρας < ρ' γράφουσιν ἄλλοτ' ἀντὶ τῆς μνᾶς οὐδέποτε δὲ λίτραν οὕτως μικρὰν οὐδεὶς ἔγραψεν ὡς < μη' εἶναι. hoc eſt. *Nam aliquando quidem pro libra drachmas centum ſcribunt ipſi: aliquando verò pro mina: Nunquam autem libram adeo parvam quiſpiam ſcripſit, ut drachmarum 48. eſſet.*

§. VII. Succedit tertium pondus à Romanis acceptum; quod οὐγγία dicitur h. e. *Uncia*, quæ libræ pars duodecima, Cujus SIGLA ſeu potius nota eſt ∿: Δραχμὴ unciæ octavæ pars eſt, cujus SIGLA olim fuit < & dimidii hæc >. ὀλκῆς vero hæc ᴬₒ: Sequitur quintum pondus γράμμα Latinis

*Scri-*

Digitized by Google

*Scripulum* dictum, hujus *Sigla* fuit ℈. Sed ut multa paucis comprehendamus ante oculos pingimus tabulam ponderum Medicorum cum Siglis & ſunt

μν μνᾶ ἰατρικὴ

λ′ ⚲ ⚲ λίτρα

℥ οὐγγία

< δραχμη

γρ. γρᾶμμα

ς ὀβολὸς

ɔ ἡμιώβολος

℞ σκρέπτιος.

σιλίκιος.

§. VIII. Progredimur ad *Menſuras* Romanorum & Græcorum earumque Siglas & Notas perluſtramus. Notandum autem, quod menſuræ ſint tàm liquidarum, quàm aridarum rerum. de quibus *Hoſtus in lib. de menſuris & ponderibus* pluribus egit. Non hic occupati erimus in definitionibus evolvendis, quia hæc non ad ſcopum noſtrum pertinent; ſed omnem movebimus lapidem, ut Menſurarum Siglas & Notas indicemus. Conſtat autem, quod Romani & Græci & Siglis & Notis quæ literæ non ſunt, ſed tantum ſigna, uſi fuerint. Obſervandum autem venit, quod Romani certis menſuris in liquidis; certis in aridis: certis in aridis & liquidis uſi fuerint. Liquorum tantum quatuor menſuras habuerunt: *Culleus*, *amphora urna* & *Congius*. Rerum aridarum tantum duas, *Modium* & Semodium. Menſuræ autem rerum liquidarum & aridarum fuerunt ſeptem: *Sextarius*, *Libra*, *Hemina*, *Quartarius*, *Acetabulum*, *Cyathus*: *Ligula* ſeu *cochlear*. His addatur & *Concha*. De Culleo ſeu menſura maxima non legimus, quod notam habuerit; de QUADRANTALI autem, quod AMPHORAM plerique vocant, conſtat, quod illius Sigla antiquitus fuerit Ꝗ vel ꝗ, quippe littera q. quadrantalis initialis in cauda dependente linea tranſverſa intercisa. Videatur *Voluſius Metianus in libell. de ponder. & menſuris. edit. Lugd.*

 Am-

Digitized by Google

Amphora hæc in ſe continebat *duas Urnas*, cujus Sigla erat  vel  S. nimirum quadrantalis ſemiſſis ſeu dimidium.
*Congius* quoque menſura Romana liquoris, ut Olei, vini, lactis, amurcæ erat, cujus Sigla vel nota eſt ꝭ.

§. IX. Rerum aridarum menſuræ duæ tantum erant, MODIUS ſcil. & SEMODIUS. Modius itaque menſura frumenti erat apud Romanos teſte *Hoſtio. lib. de menſuris* quæ certis Siglis notabatur. Præprimis autem nota erat  vel . quippe duæ litteræ initiales, poſteriore priori impoſita, ſcribebantur & exprimebantur. Altera menſura aridorum erat SEMODIUS a ſemis & modius compoſitus, quaſi dicas modii dimidia pars eratque menſura Romana rerum aridarum, ut tritici, apud *Ciceronem* in *Verrina frumentaria.* vid. *Varr. lib.* 3. *c.* 8. Hujus Sigla erat  S vel  S quæ ſignificabat Modii ſemiſſem. Et hæc ſunt, quæ de Siglis aridorum Romanor. dicere voluimus.

§. X. Jam ad *menſuras* tam aridarum, quàm liquidarum rerum nos accingimus, quarum prima eſt SEXTARIUS, quæ tàm rerum aridarum menſura eſt, ut frumenti *l.* 21. *ff. de furtis* apud *Palladium lib.* 1. *tit.* 24. conf. *Plin. lib.* 18. *c.* 9. quam liquidarum. Hinc Sigla ad vinum fuit ɔ. inſtar literæ Latinæ in Alphabeto tertiæ c. ſed inverſæ, ita etiam ad frumentum. Sequitur LIBRA. cujus Sigla LB. vel ℔. HEMINA ſuccedit, quæ Romanis eſt vel menſura liquoris & Sigla ejus ɔs. quæ ſextarii ſemiſſem ſignificat. vel rerum aridarum uti apud *Caton. cap.* 107. *Columell. lib.* 12. *c.* 46. legimus, cujus Sigla fuit ημ. *Voluſius* vult fuiſſe . QUARTARIUS quoque menſura liquoris fuit, quæ duo acetabula continet, cujus Sigla fuit. Q. Verum ſi referimus ad arida tunc Sigla fuit . CYATHUS etiam apud Romanos pro certa liquoris menſura in uſum venit, uti reperimus apud *Catonem*, Co-

Columellam; Cujus SIGLA Latinis olim hæc fuit uſitata. Cv. quippe duæ literæ initiales hujus menſuræ. *Voluſius* dicit, fuiſſe Ti. Et hæc de SIGLIS menſurarum Romanarum.

§. XI. Ad Græcorum menſuras nos conferimus earumque SIGLAS eruimus, quæ variæ fuerunt. Sicuti enim variæ menſuræ apud ipſos in uſu erant; ita neceſſe etiam fuit, has certis SIGLIS ſignare, ut diſcrimen aliquod inter ipſas eſſe poſſit. Menſuræ quoque ipſis uti Romanis duplicis fuerunt generis, Liquidarum ſcil. & aridarum rerum. Prius itaque SIGLAS menſurarum rerum liquidarum conſiderabimus, & poſtea etiam aridarum, ut facile intelligere poſſimus, de qua menſura ſermo ſit.

§. XII. Quod ad menſuras Græcorum rerum liquidarum attinet, variæ fuerunt, & quælibet harum fere certa SIGLA gaudebat. Inter has KERAMION, cujus mentio fit *Marci.* XIV. uti à vetere Interprete redditur LAGENA. Beza autem vertit *Amphoram*, hujus SIGLA erat . Sequitur χῦς à χοῦς & SIGLA ejus. . quippe duæ litteræ initiales, altera alteri impoſita. ΞΕΣΤΗΣ menſura liquoris quoque eſt, uti ex *Galeno* conſtat, habet enim Aceti ſextarios tres, Ejus SIGLA olim fuit ξε, ξε. ΚΟΤΥΛΗ, quæ non ſolum menſura liquidarum, ſed etiam aridarum rerum eſt, uti ex *Polluc. lib.* 4. *c.* 22. & *lib.* 10. *c.* 25. conſtat. Hujus SIGLA erat . ΟΞΥΒΑΦΟΝ eſt menſura liquoris, uti apud *Galen.* & *Plin. lib.* 21. *c. ult.* Hujus SIGLA eſt ξο. ΚΥΑΘΟΣ, hauſtorium, menſura liquoris, cujus SIGLA fuit . ΜΥΣΤΡΟΝ. cujus SIGLA.  vel . ΧΗΜΗ hujus SIGLA . Hæ fere fuerunt SIGLÆ liquidarum rerum.

§. XIII. Sequuntur nunc SIGLÆ rerum aridarum menſurarum, inter quas recenſemus primo loco MEDIMNUM, qui menſura eſt rei aridæ, ut tritici, hordei teſte *Suida*, farinæ

apud *Herodot. Hiſt.* 6. & *Xenoph. lib.* 6. *Anab.* hujus Sigla erat μ'. ΧΟΙΝΙΞ Chænix Attica eſt menſura, quæ & medica dicitur, rerum aridarum eſt, ut farinæ apud *Athen. lib.* 12. capparis, radicis contuſæ apud *Galen.* Cujus Sigla Χ. Χ. ΞΕΣΤΗΣ menſura quoque rerum aridarum, cujus Sigla ξε, ξ. ΟΞΥΒΑΦΟΝ menſura eſt aridorum, ut piperis, origani, ſalis apud *Galen.* & *Dioſcor.* Hujus Sigla ξο. ΚΟΧΛΙΑΡΙΟΝ Cochlear Atticum & eſt menſura rerum aridarum apud *Galen. lib.* 2. de compoſit. Medic. nullam *Siglam* habet; Aſt ΚΥΑΘΟΣ peculiari gaudet hoc modo Κ. Ut ita primo quaſi intuitu Lector Siglas Ponderum & menſurarum ante oculos habeat ordine deſcriptas recenſebimus hac ratione.

A.

*As* PP.

*Acetabulum ZO.*

ΑΛ. *Talentum.*

B.

*BES.* — *S* —

*BINÆ SEXTULÆ* ıↄ.

C.

*CHOENIX.* α'. Χ. Χ.

*CHALC.* χα.

*Congius* ς

*CYATHUS.* Cv. *TI.*

*CHUS.* Χ.

ΧΗΜΗ. Χ

D.

*Dupondius* PP. *S.*

*Dupondius ſemis. S*⅂*T.*

*Deunx. S* ≡ ≡.

*Dextans S* ≡ ≡.

*Dodrans SZ. S* ≡.

*Denarius X.* Ӿ. Ӿ

*Drachma.* <.

E.

*E. quinque oboli*

ΕΚΡΑΤΙΟΣ Ӿ.

F.

*F. quatuor oboli*

Γ.

ΓΟ. *Uncia.*

ΓΡΑΜΜΑ. Ӿ.

H.

*H. Siliquas octo*

*HEMINA. KO.*

*HEMINA ROM.* ↄs. ἡμ. & ↄ.

ΗΜΙΩΒΟΛΟΣ. ↄ.

*IB.*

I.

*IB. Dimidium ſolid.*

K.

ΚΕΜΑΡΙΟΣ.

ΚΟΤΥΛΑ.

ΚΥΑΘΟΣ.

L.

*LIBRA* λ' Λ ℔.

M.

*MINA.* μν.

*MEDIMNUS.* μς.

*MODIUS.*

*MYΣΤΡΟΝ.*

N.

*N. Solidum.*

ΝΓ. *Semiuncia.*

O.

*OBULUS.* ω

ΟΥΓΓΙΑ

ΟΞΥΒΑΦΟΝ. ξο.

Q.

*QUARTARIUS in liquid.* Q

*in arid.* ✠

*QUARTUS.* X =.

*QUADRANS*

*QUADRANTAL.*

*QUINCUNX.*

*QUINAR.* V.

*QUINQUIES* ✳ = ? Σ.

S.

*SEMIS.* S:

*SEMUNCIA* £,

*SESCUNTIA* ✳ Σ. ες μ.

*SEMIDRACHMA* >

*SEMIMOD.* S. M S.

*SEXTAR.* ɔ. ZE.

*SEXTANS* =

*SEXTULA.* ✠

*SEXTANS SILIC.*

*SEXTIS.* ✳ =

*SESTERT. HS. IIS. LLS. AS.*

*SILIC.* ɔ:

*SCRIPTUL.*

T.

*TRIENS* = =

*T. Tres obuli*

*TALENTUM* ΑΑ.

*TRESSIS S* = £.

*TRESSIS SEMIS. S* = ST.

V.

*UNCIA.* —

*URNA.* S.

Z.

*Z. dimidius obulus.*

Et

Et hæc ſunt, quæ de Siglis in ponderibus & menſuris obſervatis Veterum tradere voluimus.

## Caput XXV.

### *De* Siglis *&* Notis *Servorum & Malitioſorum hominum.*

§. I. Hermannus *Hugo* & ex illo *Iſidorus lib.* 1. *cap.* XXI, XXII, XXIII. & ſequent. agens de variis generibus Siglarum & Notarum, etiam SERVILIUM mentionem facit, quæ ſervis captivis, ergaſtulorum carceribus incluſis, facinoroſis inurebantur. Vocantur autem hæ NOTÆ diverſimode apud diverſos Seneca lib. 1. de Tranquill. anim. appellat SERVILES LITERAS. Apud *Boëtium. l.* 1. *Ciceron.* 2. *Offic. Auſon. epiſt.* 15. *Valer. Maxim. lib.* 6. *c.* 8. dicuntur NOTÆ. Plinius in Panegyr. vocat *notas* & *puncta.* Nuncupantur quoque STIGMATA à *Sueton. in Caligul. c.* 27. à *Senec. lib.* 4. *de Benef. Quintilian. lib.* 7. *c.* 4. *Juſtinian. leg.* 3. *de Fabricenſ. l.* 11. *a Scribon. Largo c.* 231. *Herodiano l.* 7. *Columell. in Hort.* Hinc Servi nominantur STIGMARIÆ à *Nonio* & *Cicerone*, item notis compuncti, στιγῶνες καὶ στιγματίαι à *Polluc. lib.* 3. *c.* 8. de ſervis.

§. II. Notandum autem, quod NOTÆ SERVILES triplicis ferè generis fuerint, nimirum vel PUNCTA, vel IMAGINES, vel Siglæ ſive LITERÆ. Nos autem hoc loco, relictis punctis de Siglis & imaginibus agemus. Stigmata iterum hominibus impreſſa erant. (1) Politica, (2) Oeconomica, (3) Militaria, (4) Religioſa. Ubi politica rurſus vel honeſta erant, vel ignominioſa, de quibus in ſequentibus. Jam autem nobis ſermo erit de *ſervis*, quorum ſtigmata Oeconomica, quæ illis Domini inurebant. Servi bello capti hoc ſæpe amiſſæ libertatis indicium gerebant, quale miſerabile agmen *Alexandro* occurrebat, apud *Curtium lib.* 5. *c.* 5. Captivi erant Græci ad quatuor millia fere, quos Perſæ vario ſuppliciorum genere affecerant. Quoſdam enim inuſtis barbarorum

LI-

LITERIS in ludibrium reſervaverant, & de his non eſt loquela; ſed illis, quibus loco pœnæ Siglæ inuſtæ, qua in re multorum Dominorum crudelitas ſe exeruit, a qua eos deterrere conatus eſt *Phocylides* hoc carmine 214.

*Στίγματα μὴ γράψῃς ἐπονειδίζων θεράποντα*

*Notas ne inſcribas, opprobrio afficiens ſervum*.

§. III. Serviles itaque Literas ſcribere apud *Ulpianum* eſt NOTAM inurere in *Inſtit. tit. & Leg.* 27. *& Cod. de pœn.* uti *Barnab. Briſſonius in ſuo de verborum* ſignificationibus libro doctiſſimo obſervat. Quatuor autem inſcripti reperiuntur; apud *Martialem* Vultus ſcriptus; apud *Auſonium* & *Plinium* inſcripta Ergaſtula, apud *Juvenalem Satyr.* 14. Literati, apud *Plautum & Apulejum.* Cælati apud *Propertium lib.* 4. Adeoque literis illis cauſticis crimen ipſum vulgo exprimebant. *Plato* 8. *de leg.* Si quis Sacrilegium commiſerit &c. in facie manibuſque crimen inſcriptus & flagellatus extra fines patrios projiciatur. conf. *Juſt. Lipſ. Elector. lib.* 2. *pag. m.* 487. *edit. Antverp.* 1611. *Joh. Henr. Salmuth. in Panciroll. comment. pag.* 85.

§. IV. Notabantur inprimis MANUS DEXTERA & FRONS, quoniam hæ partes difficulter admodum occultari poſſunt. vid. *Pignorius lib. de Servis. pag. m.* 29. *edit. Amſtel.* Quod autem veræ LITERÆ fronti imò vultui toti inſcriptæ, probat *Plaut. Caſin. Act.* 2. *ſc.* 7. *v.* 49. his verbis: *Si hic literatus me ſinat.* De patre ſuo *Bion Philoſophus Broyſthenites* apud *Diogenem Laertium* narrat, eum in facie Scripturam acerbiſſimi Domini habuiſſe. Imò ſæpe plurima verba inſcribebantur, uti duo Monachi, quod *Imp. Theophilum* liberius monuiſſent duodecim verſuum epigramma excipere coacti ſunt, teſte *Zonara. Petronius* Satyrico: Implevit Eumolpus frontes utriuſque ingentibus literis, & notum fugitivorum epigramma per totam faciem liberali manu duxit. Verum vix credibile eſt, quod plena verba inuſta fuerint, uti *Petronius* vult; Probabilius conjecturatur Siglas tantum impreſſas fuiſſe, uti ex ſequentibus patebit.

§. V. Ratio inſcribendi ita habuit, ut primitus *litteræ* inurerentur candenti ferro, quod *cauterium* vocabant, de quo fuſe



Digitized by Google

*Joh. Henric. Urſin. in analect. Sacr. pag. m.* 99. *ſeqq. edit. Francof.* 1668. Hoc ita formatum erat, ut literas impreſſas ederet. Deinde hoc facto atramentum infundebant, quo eminerent magis literæ, & ſe lectui præberent. Vid. *Juſt. Lipſ. Elect. lib.* 2. *c.* 15. Poſtmodum autem hæc crudelis conſuetudo à *Conſtantino Magno* prohibita eſt *Cod. lib.* 9. *tit.* 47. qui eſt de pœnis *l.* 17. Si quis in metallum fuerit pro criminum deprehenſorum qualitate, damnatus, minime in ejus facie deſcribatur, cum & in manibus & ſuris poſſit pœna damnationis una inſcriptione comprehendi: quo facies quæ ad ſimilitudinem pulchritudinis eſt cæleſtis figurata, minime maculetur. Interdum etiam ſervis fugitivis *Collaria* applicabantur, quibus Siglæ inprimebantur, quale collare Romæ vidiſſe affirmat *Pignorius lib. de Servis pag. m.* 32. *edit. Amſtel.* apud *Ialium Paſchalinum.* Ita prope Nemauſum tale repertum cum his Siglis: T. M. Q. F. E. REV. ME. P. RUBRIO. LAT. DOM. MEO. i. e. *Tene me quia fugi & revoca me publico Rubrio Latino Domino meo.* conf. *Zimmerman. Florileg. p.* 243.

§. VI. Progredimur ad Siglas ipſas ſervorum & malitioſorum hominum, quæ frontibus inſcriptæ fuerunt. Morem hunc antiquiſſimum fuiſſe conſtat ex Scriptoribus, qui hunc ex Sacra Scriptura fundatum eſſe volunt. Legimus enim de *Caino* Deum ſignum dediſſe. Sunt qui vocabulam אות quod hîc occurrit, non per *ſignum* in communi, ſed per *litteram* vertunt, ſicut & tam literam, quam ſignum revera ſignificat, nomenque dat omnibus *Alphabethi* literis. Quinimò ſecundum Magos naturales & Kabbaliſtas primus homo Adam, ac ipſius jure omnes homines, ſigna divina originalia impreſſa habuerunt, ipſius Dei digito, quorum unum פחד alterum חבר dictum volunt, prius ad beſtias in ſubjectione tenendas, alterum ad mutuum amorem conciliandum. Verum fabulæ ſunt. Quidam igitur de Signo Caini ſtatuunt literam quandam e nomine Tetragrammato יהוה & forſan literam ה fuiſſe. Alii litteram ex voce תשובה quæ pœnitentiam denotat. Verum conjecturis tantum nituntur.

§. VII Regredimur ergo ad Siglas noſtras, quæ ſervis fugitivis vel etiam malitioſis inuſtæ. Refert *cl. Pignorius lib. cit.*

Digitized by Google

*cit.* ſervis fugitivis inuſtam fuiſſe SIGLAM φ vel F. Lege Remmia (vel Memmia) calumniatori in fronte imprimebatur litera C. qua indicabatur, eum calumniatum eſſe: vel etiam per K. *Kalumniatores* ſignabantur, nam per K. *Kalumniam* olim ſcribebant, uti *Lipſius lib. 2. Elector. c. 15. pag.* 489. edit. Antverp. obſervat. Et de hac *Kalumniatoria* nota *Cicero* pro *Roſc.* ſcribit: Literam illam, cui vos uſque eo inimici eſtis, ut eam omnes oderitis, ita vehementer ad caput affigent, ut poſtea neminem alium, niſi fortunas veſtras accuſare poſſitis. Quem locum egregie explicat *Adrian. Turneb.* in Adverſariis ſuis. Similiter littera D. *delatoribus* inurebatur. *Henrici* VII. *Angliæ Regis* conſtitutione *homicidæ* ſub pollice manus, inuſtus character ſeu SIGLA M, quia Angli illum vocant a *Mürdere*: furibus litera T, (quia *Theefe* dicuntur.) *Conf. Lucian.* & *Polydorum Virgil. lib. 26. hiſtor. Angl.* confer. *cl. Zimmermanni Florileg. pag.* 565. ubi plura. Sub Eduardo autem VI. *mendici vagantes* litera V. in pectore inſigniti. Imò hodienum moris eſt, ut illis, qui à patibulo liberati ſignum Π inuratur, quæ notat, illos dignos hoc fuiſſe. Non ſolum *literæ* ſed etiam *imagines* loco Notarum vel SIGLARUM erant. *Plutarch. in Pericl.* refert, Samios captivis Athenienſium NOCTUAM inuſſiſſe, & hos illis viciſſim SAMAENAM, quod navis genus eſt. conf. *Lipſ. lib. 2. Elect. p.* 489.

## CAPUT. XXVI.

### *De* SIGLIS *&* NOTIS MILITARIBUS.

§. I. Viſis Servorum & malitioſorum hominum SIGLIS, militares conſiderandas proponimus; quæ etiam ad publicas Siglas referuntur. Erant autem in bello SIGLÆ publicæ, quas in Vexillis & aliis inſtrumentis bellicis uſitatas habebant. Vetuſtiſſimum Symbolorum armis inſcribendorum uſum eſſe ipſa Scriptura Sacra *Num. II. 2.* nos docet: איש על דגלו באותות לבית אבותם יחנו בני ישראל i. e. *Singuli*

*per turmas atque vexilla & domus cognationum ſuarum caſtra metabuntur filii Iſrael.* vel ut Anglus reddit: *The ſonnes of Iſrael ſhall encamp, every man by his ſtandard, with the enſignes, according to the houſe of their fathers*, quaſi diceret, unuſquiſque ſuper vexillum ſuum in ſignis domus patrum ſuorum. In ordinatione itaque caſtrorum præcepit Deus, ad confuſionem tribuum vitandam, *vexilla* erigi, ut juxta ea familiæ caſtra metarentur, cui congruit textus Syriacus. Verum cum vexilla ex ſe & natura ſua diſtinctiva eſſe non poſſint, niſi per certa quædam Symbola ſeu Signa iis inſcripta; hinc ſacer textus luculentiſſime indicat hac voce באותת in ſignis Symbolis, ſeu literis.

§. II. Fuiſſe igitur VEXILLA illa Symbolis quibuſdam inſcripta, ſingulis familiis propria, non ſacer tantum textus juxta diverſas tranſlationes habet, ſed & ipſi commentatores id expreſſe indicant, imò figuras, colores aliaſque circumſtantias iis annexas producunt. Ita R. Aben-Ezra hoc loco diſſerit, cujus verba Hebraica latine ita reddimus: *Caſtra metabuntur filii Iſraël ea ratione, qua ſolent, ſcil. ſinguli juxta caſtra ſua, hoc eſt, tribus ſuas, vel ſinguli juxta ſua vexilla, ut non confundatur tribus cum tribu vexillum cum vexillo.* Et paulo poſt: Fuerunt autem ſigna & ſymbola in ſingulis vexillis, dicuntque Majores noſtri, quod in vexillo *Ruben* depicta fuerit figura hominis, ex occaſione, quod quæſiſſet Mandragoras in agro (habent autem radices Mandragoræ figuram humanam.) Vexillum verò *Juda* habebat figuram Leonis. Et vexillum *Ephraim* figuram habebat Bovis. i. e. primogenitus bos ejus. Vexillum Dan figura *Aquila* inſigniebatur. Porrò ſingula vexilla putantur fuiſſe tribus coloribus tincta, ſecundum colores gemmarum in pectorali & geſtaſſe Patriarcharum nomina. Verum hanc proportionem vacillare docet Anglus *Thom. Goodwin in tract.* quem inſcripſit *Moſen & Aaron.* Aſt erudite valde vir celeberr. *Braunius in libro elegantiſſimo de veſtitu Sacerdot. Hebr. lib.* 2. oſtendit, Vexilla cum gemmis in pectorali conferenda eſſe, quem vide.

§. III. Singulis VEXILLIS ſua erat inſcriptio. *Cabbaliſtæ* his quatuor Vexillis inſcriptas dicunt fuiſſe quatuor LITERAS



Digitized by Google

יהוה, fabulantes iiſdem quatuor præcipuos menſes & quatuor præcipua Zodiaci ſigna reſpondiſſe, nimirum *Arietem*, *cancrum*, *libram* & *Capricornum*, & influentiam ſuam in ea habuiſſe, uti etiam *Athanaſ. Kircher. in ſuo Oedipo. fol. m.* 22. myſticam ſignificationem eruere conatur. Verum Rabbinorum figmenta ſunt, quibus fides non habenda. Si itaque *Vexilla* illa, uti probabile videtur, ſignis & figuris fuerunt ornata, quod etiam ante Ægyptios factum probat cl. *Eberhard Rudolph. Roth. in diſſert. de Aquil. Rom. ſigno. edit. Jen.* 1669. quibus tamen horum originem adſcribit *Kircher. Tom.* 1. *Oedip.* melior ſane illa opinio eſt, quam *Henric. Ainſworth.* ex *Targum Jonathan.* adducit, *in Comment. ad Num. fol. m.* 10. *edit. Londin.* his verbis: *The ſtandard of the camp of Judah was of linnen of three colours, according to the three tribes, Judah, Iſſachar and Zebulon, and in the midſt thereof was written Num.* x, 35. i. e. קומה יהוה ויפצו איביך וינסו משנאיך מפניך *Surge Jehova & diſpergantur inimici tui, fugiantque oſores tui a vultu tuo.* In hoc impreſſum erat ſignum Leonis. Porro dicunt, quod vexillum Rubenis ex tribus coloribus gemmis in pectorali reſpondentibus conſtiterit, in cujus medio hæc verba

ſcripta fuiſſent Deut. vi. 4. אחד שמע ישראל "אלהינו". Audi Iſrael Deus noſter Jehova unus eſt. Et in hoc aſſerunt fuiſſe imaginem hominis. Et ſic de aliis. vid. *Godwin. Moſen* & *Aaron. pag. m.* 523. *celeb. Braun. de veſtit. Sacerd. Hebr. l. c.*

§. IV. Non autem probabile videtur integra verba ſcripta fuiſſe in vexillis, verum modò Siglas, uti ex Vexillo Maccabæi conſuetudo plane elucet, in quo hæ Siglæ:

מ כ ב י

T.

Sæpe etiam Hebræi utebantur Sigla T. de qua Doctores Eccleſiaſtici produnt, *Abrahamum* hac uſum eſſe: videatur *Joh. Hen-*



Digitized by Google

*Henric. Urſin. in Analect. Tom.* 1. *pag.* 91. nos in medio hoc relinquimus. Illud tamen monere non ſuperſedemus, quod commento putidius nihil quicquam eſſe poſſit Rabbinorum & aliorum horum veſtigia prementium, qui aſſerunt, imagines Leonis, hominis, bovis & aquilæ Vexillis impreſſas fuiſſe, cum hæc cum moribus Judæorum pugnent. Sane hoc anſam præbuiſſet populo aliàs ſuperſtitioſo ad Idololatriam, quam tamen Deus in lege ſeveriſſime prohibuerat, ne faciat imaginem. Hanc ſententiam ut erroneam quoque tuetur cl. *Samuel Bochart. in Hieroz. part.* 1. *l.* 3. *c.* 5. *fol. m.* 772.

§. V. De aliis populis res clarior eſt, illi enim Vexillis imagines Imperatorum, nominaque addebant. Romanorum enim Imperatorum σημεῖα non tantum à prima cohorte Legionum, quarum quæque decem conſtabat cohortibus, prælatæ, ſed & alias in pompa & miſſæ in Provincias eodem modo vultus & nomina eorum exhibebant. De prima cohorte *Veget. lib.* 2. *c.* 6. *Hæc ſuſcipit Aquilam, quod præcipuum ſignum in Romano ſemper exercitu eſt & totius Legionis inſigne. Hæc imagines Impp. h. e. divina & præſentia ſigna veneratur.* Non putandum autem quod omnia Vexilla Aquilâ ornata fuerint, cum conſtet, multa apud Romanos veteres ſigna militaria fuiſſe, uti *Plin. lib.* 10. *c.* 4. recenſet. Inter hæc refert *aquilam, lupos Minotauros, equos, apros.* In ſingulis etenim Centuriis ſingula vexilla erant, quibus Cohortis & Centuriæ numerus literis deſignabatur. Itaque *Livius* ſcribit, Ordinem ſexagenos milites, duos centuriones, vexillarium unum habuiſſe. v. g.

*VEX* vel *VEXIL. COHOR.* II. *GALL. EQUIT. INDAC.*
*VEX. COH.* III *AUG. THRAC. EQUIT.*

Et hic mos in omnibus aliis vexillis, præter primarium in Legione, quod Aquilam habebat, obſervabatur.

§. VI. Quod autem Vexilla Imperatorum imaginibus & certis Inſcriptionibus exornata fuerint, teſtatur *Gregor. Nazianzen. Orat.* 3. *in Julian.* de *cruce* ſic loquitur; *Principatumque (ut ita dicam) in reliqua omnia vexilla tenens, tam quæ Imperatorum imaginibus, atque expreſſis texturis, in variis tincturis, ac LITERARUM picturis decorantur.* Quem in locum Scho-

Scholiaſtes antiquus. *Nam ex prædictis ſignis, alia Regum ſimulacris auro depictis & latis texturis varie tinctis & Inſcriptis exornantur.* De his ſæpe *Cornel. Tacit. lib.* I. *hiſtor.* De titulis verò *Dio* in *Nerone*, de *Virginio Rufo*: *Ipſum Cæſarem & Auguſtum appellabant, cumque non acquieſceret, militum quiſpiam uni è Signis celeriter hac inſcripſit*, nempe tit. AUGUSTORUM. *Suetonius* in *Veſpaſiano*: Aſſenſere cuncti nomenque ejus VEXILLIS omnibus ſine mora inſcripſerunt. Huc ſpectat Statii carmen:

*Aurea clarum nota*
*Nomen Ducum vexilla præſcriptum ferunt.*

§. VII. Quis non ex prædictis conjicere poteſt, hanc conſuetudinem frequentiſſimam eſſe. Nonne in vexillis Imperatoris noſtri auguſtiſſimi Aquila ſeu inſigne Imperii conſpicitur, literis ſeu Siglis circumjacentibus, quæ vel ipſum Imperatoris vel Ducis nomen ſignificant. Et ſi quis his fidem dare nollet, ille tollat oculos & aſpiciat Vexilla in templis ceu Donaria ſuſpenſa & magnum SIGLARUM numerum reperiet. conf. *Jacobi Philippi Tomaſini in tract. rariſſimo de Donariis antiq. edit. Patav.* 1654. inprimis autem *M. Salomon Stepner. in Inſcriptionibus Lipſienſibus*, qui quamplurimas Siglas vexillorum in templis recenſet. *Prodiit Lipſ.* 1675. vid. *Georg. Fabricii Rom. illuſtrat. pag. m.* 87, 88. 89. *edit. Amſtel.* 1689. Sic Lacedæmonii in Vexillis literam Λ. a principio nominis impreſſam habebant, & *Argivi* A. qua principatum inter Græciæ populos innuebant. *Hebræi* T. & *Sicionii* Σ a principio nominis.

§. VIII. Illud quoque ſilentii pede non tranſeundum, unde crux in pectore Aquilæ Romanæ originem trahat? Nos reſpondemus, quod originem debeat Conſtantino Magno. Quippe cum bellum contra *Maxentium* moturus divina auxilia imploraret, & eodem tempore iter faciens cum exercitu in cælo videret ſignum crucis cum hac inſcriptione: IN HOC VINCES. Statim igitur crucem juxta viſam imaginem efformari fecit, & victoriam deportavit. Forma hæc erat. Haſta erat oblongum auro obductum lignum quod cornu habebat tranſverſum ad formam crucis conſtructum. In faſtigio corona extabat

tabat gemmis & auro circumtexta in qua nomen Chriſti duabus literis initialibus erat ſcriptum X. P. In tranſverſo autem cornu velamen adhæſit gemmis reſplendeſcens , ſub velamine deorſum aurea Conſtantini & liberorum effigies ad pectus uſque depicta continebatur. de qua Prudentius. forma hæc fuit ☧ vel ☧. Unde *Minut. Felix in Octavio. pag. m.* 286. *edit. Lugd. Batav.* 1672. Nam & ſigna ipſa & cantabra & vexilla caſtrorum quid aliud quàm inauratæ cruces ſunt & ornatæ. vid. *Rigalt. & Ouzel. annot. in h. loc.* conf. Don *Antonio Agoſtini diſcurſ. edit. Rom.* 1592. *pag. m.* 11. qui de hoc ſigno ☧. vel A ☧ Ω vel IHS. XPS quamplurima collegit.

§. IX. Miſſis his ad alia militiæ inſtrumenta progredimur & Siglas in ipſis perluſtramus. Cum itaque gladius præcipuum inſtrumentum bellicum ſit , illius Siglas primo loco intuebimur. Gladios ac cætera inſtrumenta bellica Ducum nominibus & quidem Siglis inſignitos fuiſſe , expreſſis ſæpe artificum nominibus peculiari loco literiſve minutis aſſerit celeb. *Cyprianus Profeſſ. Helmſtadienſ. in diſput.* de Siglis , id quod & nos confirmamus , moti loco *Apocal. cap.* xix, 16. ubi de Chriſto dicitur , quod ille Dux ſupremus *habeat in femore ſuo ſcriptum RR & DD. Rex Regum & Dominus Dominantium.* Nobis quidem conſtat , quod Reges *Perſarum* & *Parthorum* etiam hoc titulo ex ſuperbia utantur , uti ex *Alexandro ab Alexandro* refert *Filip. Picinell. dei lumi rifleſſ. fol. m.* 886. *edit. Milan.* his verbis: *Con queſto titolo iſteſſo, volevano eſſere acclamati i Re della Perſia , come oſſerua Alexander ab Alexandro lib.* 1. *Genial. cap.* 28. *Giulio Capitolino trattando de una lettera ſcritta da Sapore Rè della Perſia a Conſtanzo Imperatore , dice , che haveva queſta inſcrittione.* REX REGUM SAPOR , PARTICEPS SYDERUM ET FRATER SOLIS ET LUNÆ CONSTANTIO FRATRI MEO S. P. D. Verum tranſeat homuncio ille , cum ſoli Chriſto titulus hic conveniat.

§. X. Cum vero hic locus ad illuſtrandam materiam nobis inſer-

Digitized by Google

inſerviat, accurate examinabimus illum. Aſſenſum non præbemus illis, qui volunt, femur ipſum carneum characteribus inſignitum fuiſſe, cum in textu dicatur ſcriptum in veſtimento ſimul & femore. Accipimus veſtimentum & femur pro *Gladio*, qui dependet ex femore, cui elogium inſcriptum. Gladios autem certis notis nominibuſque inſcribi ſolitos, aut eorum, qui geſtarent, aut Imperatorum, quibus militarent, tametſi non ita certa res, an factum vel ad gloriam vel ad militiæ profeſſionem. Veſtigia moris oſtendemus. *Ovid. lib.* 7. *Metam.* de *Ægeo* & *Theſeo* ejus filio ita canit:

> *Sumſerat ignara Theſeus data pocula dextra*
> *Cum pater in capulo gladii cognovit eburno*
> *Signa ſui generis*

*Statius* de enſe *Dircai* ita canit:

> *Aſpera vulnifico ſubter latus enſe riget*
> *Sphinx*

nempe in capulo effigiata, ut bene notat *de la Cerda* in ſuis ad *Virgil. Comment. Æneid.* 4. 261. ubi ſcribit etiam ex *Helidoro lib.* 2. gladium *Thyamedis* in ebore cælatum *aquilam* habuiſſe. Ita etiam *Ariſtophanes* in *Lyſiſtrato*. Ejuſmodi multæ in enſibus & galeis cernuntur effigies. Sed & nomen Imperatoris in gladio cælatum reperimus, quod *Toleti* videre plures liceat ſcribit *Petrus de Alcocat* in hiſtoria, ſeu deſcriptione ejus urbis *lib.* 2. *cap.* XXVII. Inſigne ibi Hieronymianorum Cœnobium eſt, cui titulus LASISIA, ubi ſervatur & oſtenditur gladius, quo B. *Apoſtolo Paulo* caput abſciſſum eſt. Ejus altera pars ſive facies antiquis cernitur characteribus inſcripta in hunc modum. NER. CÆS. MUCR. i. e. *Neronis Cæſaris Mucro.* Additum poſtea ex altera recentioribus notis. Q. PAUL. TRUNC. CAP. F. *quo Paulus capite truncatus fuit.*

§. XI. Ut noſtram opinionem probemus aliis teſtimoniis, prodeat *Plutarchus*, qui in *Mario* ita ſcribit, quod *Catulli* milites ſuorum Ducum nomina telis inſcripſiſſent: *Cum inter milites*, inquit, *Marii & Catulli de victoria contentio oriretur, ita convenit, ut Legati Parmenſium, qui tunc aderant, de hac re judicium ferrent. Hi ducti per cadavera hoſtium à militibus, conſpexerunt, jaculis militum Catulli Barbarorum corpora*



Digitized by Google

*eſſe confoſſa: Dignoſcebantur ex inſculpto nomine CATULLI tela*; Quidni etiam gladii in eandem formam inciſi? Videntur in Armamentariis gladii Arabicorum Hiſpanicorumque Regum & Ducum nominibus inſigniti. Refert *Martin. de Roa. Singul. libro* ſe vidiſſe gladium Arabum Regi in ſpolio Gratanenſi ereptum literis Arabicis inſcriptum, quem *Martinum Carillum* poſſidere aſſerit. Et quid dicamus de enſe vel gladio Sereniſſimi *Eberhardi Ducis Wurttenbergici* piæ memoriæ in Cimeliarchio Stuttgardiano ſervato & his literis ATTEMPTO inſcripto. Volunt quidem viri doctiſſimi, quod originem trahat a periculo in Oriente per inſidias ſtructo, quod ſignificet Celſiſſimum Ducem TEMPTATURUM eſſe cum inſidiatoribus, quod inde colligunt, quod verſus quidam extent: Herr Eberhard der wagts. Verum ſi conjecturare licet, literæ hæ aliò tendunt, quod tamen cujuſvis judicio permittimus. Voluit forſan fortiſſimus Heros comitibus ſuis his verbis animum addere, ne deſperent de ſalute ſua, quia & ipſe omnem movere vellet lapidem, ut Arabes experiantur potentiam ſuam, Hinc victoria deportata omnibus has SIGLAS inſcribi curavit ATTEMPTO quæſita explicamus; Eſto! *Arabes, Tincti Truces Experientur Meam Potentiam Tempore Omni.* Et ita literæ optime conveniunt cum verſibus Germanicis. Similiter in *Armamentario Giſſenſium* celeberrimo *Sereniſſimi Landgravii Darmſtadio-Haſſiaci* Gladii & enſes SIGLIS notati plurimi viſui exhibentur. Imò ipſa experientia hodienum teſtatur, quod capuli militum hodiernorum SIGLIS nominum aut Principum, ad quem pertinent, vel Ducum ſignentur. Nam his aut T. aut H. aut alia litera initialis Ducis nominis inuritur, uti Giſſæ capuli notati ſunt litera T, quod ſignificat militem ad *Turkheimerum Generoſum Nobilem* pertinere. Et ita in aliis. Verum hæc ſufficiant de gladiorum SIGLIS.

§ XII. Pergimus ad CLYPEOS veterum, quos quoque SIGLIS notabant. Obſervandum autem, quod diſtincti fuerint coloribus & inſignibus, ut *Pierius in Hieroglyph. lib.* 42. *pag. m.* 533, 534. pluribus teſtatur. SIGLAS quoque his additas fuiſſe *Panciroll.* & *Salmuth. in not. ad illum l.* 1. oſtendunt. Quibus adſtipulatur *Vegetius l.* 2. *c.* 18. *de re militar.* Ne mi-

milites inquit, aliquando in tumultu prælii à ſuis contubernalibus aberrarent, diverſis Cohortibus diverſa in ſcutis ſigna pingebant, quæ ipſi nominant DIGMATA. Digmata autem illa erant Hieroglyphica ſigna alicujus Dei ſive Imperatoris Imperii, cujus ſtipendia merebant. Hinc teſte *Pauſania in Phocicis Menelaus* cum ſcuto in quo erat *Draco* in Græcia videri; *Idomonea* pro inſigni habuit *Gallum Gallinaceum*. *Aquila* paſſis utrinque ad marginem clypei alis in *Meſſenio*. In *Alcibiadis* ſcuto erat *Cupido* fulmen geſtans, in *Perſei*, caput *Meduſæ*. Quandoque etiam *Crucis* figura & nomine Chriſti clypeos inſignitos refert *Baron. T.* 3. *A.* 312. n. i. hac figura  confer *Lipſium de Milit. Rom. & not. ad cap.* 15. *l.* 3. *de Cruce*. Moris quoque fuit, quod in adverſo ſcuto uniuſcujuſque militis nomen adſcriptum fuerit, addito, ex qua eſſet cohorte, quave Centuria e. g. Claudius Cohort. II. Centur. Aquil. Maxim.

*SEMPR. COH.* III. *CEN. BACCH.*

Imò nonnunquam Siglæ munus hoc expleverunt. Apud Romanos id frequentiſſimum in omnibus fere familiis appellandis. In unum quod ad Arma pertinet, dicamus A in Atticorum clypeis notatam populum eum ſignificat. At in Meſſenorum clypeis, qui & olim clariſſimi extitêre τὸ M deſcriptum erat L ſeu Λ. in Lacedæmoniorum.

§. XIII. Ad ipſos milites nos conferimus, qui Siglis ſe notabant, de quibus compendio egit *Stewechius. comment. ad Veget. de re milit. lib.* 2. *c.* 5. cujus verba huc transſcribimus: Certum eſt, inquit, milites punctis ſignari ſolere. Quod etiam *Accurſium* video non ignoraſſe, *Inſt. de teſtam. mil.* Idemque in fabricenſibus fieri ſolitum oſtendit Impp. *Arcadii* & *Honorii* conſtitutio, *C. de fabricenſ. lib.* II. Stigmata hoc eſt notæ publicæ fabricenſium brachiis ad imitationem tironum infligantur, ut hoc ſaltem modo poſſint latitantes agnoſci. Hæc & alia plura, quæ compendii loco omittimus, *Godſchal. Stewech.* profert. Cui adjungimus *Lipſium lib.* I. de *militia Roman.* Tirones jam captos compungebant & in cute ſignabant. Inſcribebatur autem nomen Imperatoris, unde D. Au-



Digitized by Google

guſtinus *Regium characterem* appellat. Quemadmodum enim ſervis Dominico nomine; ita Milites Imperatorio ſignabantur, ut agnoſcerentur.

§. XIV. Denique ut multa paucis comprehendamus illud eſt addendum, quod in breviculis, quibus nomina militum continebantur SIGLÆ quædam nominibus adſcriptæ fuerint, quæ indicarent, an adhuc in vivis nec ne. De his *Iſidorus lib.* 1. *c.* 23. ſic literis tradit: In breviculis quoque, quibus militum nomina comprehendebantur, (nos vocamus die Rolle) propria nota erat apud veteres, quæ inſpiceretur, quantique ex militibus ſupereſſent, quantique in bello exceſſiſſent. T. nota in capite verſiculi poſita ſuperſtitem deſignabat. Θ verò ad uniuſcujuſque defuncti nomen apponebatur. Unde & habet per medium telum, i. e. mortis ſignum. De prioribus duabus SIGLIS eadem *Alexander ab Alexandro Gen. dier. lib.* 3. *cap.* v. habet. De Θ militari nota probat ex Veteribus Inſcriptionibus *Scaliger. Auſon. Lect. lib.* 2. *c.* 20. Θ ergo feralis fuit litera ac infelix. Sumptam eam & verè à Græca voce θάνατος. i. e. mors, *Lipſius* affirmat *Dialog. de recta pronunciatione LL. c.* 14.

§. XV. Unde autem T. quæ ſalutaris ac ſuperſtitem ſeu vivum denotat, ortum ſuum habeat, varia ſunt Criticorum judicia. Lipſius alleg. loco exiſtimat *Iſidorum* eſſe falſum: atque loco τοῦ T. jubet V. reponere, quæ prima litera in voce VIVUS, & reperiatur in antiquo lapide:

Θ. CN. OGULINUS
Θ GULNIA
V. L. SAFINIUS

Hîc enim duo mortui ſignantur: poſtremus *Vivus*. Subſcribit ſententiæ *Michael Menſnerus* Syntagmat. ſuper Adnotam Philolog. Verum *Janus Rutgerſius var. Lection. lib.* v. *pag. m.* 503. *edit. Lugd. Batav.* 1618. *cap.* 17. pro litera T. pugnat, acceſſendo iſtam à Græco τηρηθεὶς, ἀπὸ τοῦ τηρεῖσθαι. i. e. conſervari. Verba doctiſſimi hujus authoris, quia in paucorum manibus eſt huc adſcribemus & videbimus, quid valoris ſit. Scripſerat,

rat, inquit, *Iſidorus libro* 1. *cap.* XXIV. *Orig.* in breviculis militum eos, qui prælio ſupereſſent, T. litera notari ſolitos, ut contra eos, qui cecidiſſent, litera Θ. Exſtitit non ita pridem homo & fama clariſſimus, (*Lipſium* intelligit) qui affirmet, ſe videre non poſſe, cur ea litera vivum ſignificet. Quare eo ſeſe inclinare, ut hujus loco V. reponenda ſit, quæ & prima in voce *Vivum* & in antiquis monumentis reperiatur. Ego *Iſidorum* id neque ſolum, neque ſine cauſa ſcripſiſſe dico. Scripſerat idem *Rufinus* Invectiva ſecunda in Hieronymum. *Petrus Diaconus* in libello de notis literarum, T. nomini militis appoſitum ipſum in bello ſuperſtitem eſſe ſignabat. Rationem vero, quare id olim fieret, prope eſt, ut hanc fuiſſe putem. Τηρέω inter alia Græcis ſignificat *conſervo*. Ut igitur eum, qui in prælio occubuerat, litera Θ notabant, ita & hoc obtinuit, ut is qui ſervatus eſſet, prima ejus vocis, quæ id ſignificaret, litera notaretur. Reliqua vide cit. loc.

§. XVI. Verum hoc loco nec *Lipſius* nec *Rutgerſius* ſcopum tetegerunt acu; quare modeſte ſe his oppoſuit *Reineſius doctiſſimus lib.* 1. *c.* 7. *var. Lection.* Cujus argumentum tale eſt: haut eſſe veriſimile, Romanos è diverſis linguis deſumtas literas novaſque in eodem textu ſive lapide adhibuiſſe; ita ut quæ mortuum ſignificaret, è Græca, quæ vivum Latina peterent, cum tamen, ſiquidem Latinis uti vellent ipſis ſua lingua ſuppeditaret M & V. quibus *mortuum* & *vivum* conſignarent. Cum verò literam Θ qua mortuum ſignificarent, à Græcis mutuati ſint, etiam eam, qua *Vivum* ab iiſdem petiiſſe eſſet conſentaneum. Eam eſſe Υ, quæ & ſimili cum Latino *Vau* figura exarata eſt in antiquis lapidibus, initium Græcæ vocis Υγιης. i. e. *ſalvus*. Hanc Υ, literæ Θ *Iſidorum* oppoſuiſſe, ſed imperitia deſcriptorum, demiſſis cornibus in T. eſſe formatam. Et hæc veritati conſonantia maximè videntur. Ex his quæ fuſè adduximus, clare patet, Siglarum uſum in rebus militaribus uſitatiſſimum fuiſſe, quod pluribus teſtimoniis probare poſſemus; ſed de hac materia hac vice ſatis dicta ſunto.



Digitized by Google

## Caput XXVII.

### *De* Siglis *Teſſerarum & Sortium.*

§. I. Quid teſſeræ fuerint *Turneb. Adverſar. lib.* xxix. *c.* xxvi. aperit, cum in hæc prorumpit verba: Teſſeræ ſunt fruſtilla lignea certâ inſignita & notata forma, quæ dabantur eis, quibus facultas petendi erat frumentum publicè, & à Græco τέσσαρα dictum putatur nomen. Aſſerit quidem Guilielm. *Stuck. de antiquit. Convival. edit. Tigur. fol.* 99. Quatuor tantum genera *teſſerarum* apud Romanos reperiri, ut ſint teſſeræ frumentales, nummariæ, militares & hoſpitales. Verum ſi antiquorum monumenta & Scripta luſtramus, novem reperiuntur teſſerarum genera. Teſſera nempe *Frumentaria*, *Nummaria*, *Militaris*, *Hoſpitalis*, *Comitialis*, *Theatralis*, *Convivalis*, *Luſoria & Negotiaria.*

§. II. Quod ad Teſſeram frumentariam attinet, erat illa ſignum, quo exhibito unuſquiſque frumentum pro portione accipiebat à Principe. De qua *Juvenal. Sat.* vii.

*Summula ne pereat, qua vilis teſſera venit*
*Frumenti.*

Diſtribuebatur in principio cujuſque menſis teſſera, illis, quorum nomina tabulæ inſcripta erant. De diviſione frumenti & teſſeris *Sueton. in Aug. c.* xl. Ac ne plebs frumentationum cauſa frequentius à negotiis avocaretur, ter in annum, quaternûm menſium teſſeras dare deſtinavit. Et cap. ſeq. Frumentum quoque in annonæ difficultatibus ipſe leviſſimo, interdum nullo pretio, viritim admenſus eſt, teſſeraſque nummarias duplicavit. Gratis enim ex *Clodii* rogatione frumentum populo dividebatur. Hinc *Iſidorus*: Teſſeræ ſunt, quibus frumenti numerus deſignabatur. Quod quidem ſæpe Imperatores honoris cauſa facere ſolitos ex numiſmate *Nervæ* patet, in cujus adverſa parte eſt *modium*, menſura frumenti, in quo ſpicæ frumenti hoc titulo:

PLEB. URBAN. FRUMENTO CONSTITUTO
S C.

Et

Digitized by Google

Et *Maximini* aliud in quo Imperator conſpicitur cum TESSERA & hac Inſcriptione: LIBERALITAS. AUG. S C. Panis gradilis & civicus olim diſtributus pariter per *teſſeras* in foro de gradibus, quibus *Valentinianus* & *Valens* Imperatores infigi juſſère titulum æneum, qui panis modum & nomen percipientis continebat, ut videre eſt in *Theodoſii Codic. lib.* XIV. de annonis civicis. *fol. m.* 451. *edit. Lugd.* 1566. confer. *Lexic. Jurid.* ex *Briſſonio* aliiſque collectum *pag. m.* 703. Ex his ſatis conſtat, quales fuerint Teſſerarum Siglæ, & forſan ita:

CRISP. VI. λ'. CALPUR.  VI. TUL.  S. FRUM.

Nam modum diſtributionis repræſentat *Nervæ* numiſma. cujus dilucidationem ex Anton. Auguſtin. mutuati ſumus. *Sunt*, inquit, & numiſmata, ubi tabulatum altius, quo gradibus adſcenditur, cui inſidet Imperator *teſſeram* largiens, quæ ſignum erat, quantum cuique largiendum, quaſi ſchedula ſubſcripta atque obſignata, quâ Quæſtor inſpecta ſingulis tantum dabat. Vid. *Vincent. Contareni lib. de frumentaria Romanorum largit. edit. Veſal.* 1669. *Don Anton. Auguſtin. dialog.* 2. *pag. m.* 35. *edit. Rom. pag. m.* 73. cujus verba huc annotare non pigebit, ubi teſſeras frumentarias ita deſcribit: *Erano ciaſcuno di queſti baſtoncelli longo com' un dito, & haveva lettere da due, e da tre parte. In una era ſcritto. SP. e poi nome di ſchiavo, ò Liberto d' alcuno Cittadino Romano, ò vero lo ſteſſo nome ſolo del Cittadino, come diremo* SP. EUTYCH. FL. CAND. SER. i. e. *Sportulam Eutyches Flavii Candidi ſervus accipiet.* Si vero LIB. Libertus loco SER. ponebatur LIB. *nell altera parte era ſegnato un di dell anno, & conſolato, come dire.* KAL. MART. M. CICER. C. ANTON. COS. *che à mio parere era il giorno che quel Cittadino comminciò à riceverè ſportule, & ſene faceva due d'una ſorte, una ne teneva il diſpenſiero di chi dava le ſportule, e l'altra quel che andava per eſſe, & teneva conto da quel giorno innanzi pòr di mano in mano.*

§. III. Teſſeræ nummariæ, qua ſumma nummorum præſcripta repræſentari ſolet, cauſam *Dion* indicat: Permultos Domicianus, dum imperaret bonis atque furtivis injuſtè ſpoliaverat, quibus per vim ablata reſtitui duntaxat ea voluit, quæ in aula

aula reperta fuiſſent. Ad ſuſtentandum civium vitam decies & quinquagies centena millia nummorum erogavit, & quoſdam Senatorii Ordinis delegit, qui agros emerent, eoſque egenis dividerent. Commune eſt Imperatoribus teſſeras nummorum populo dare. De *teſſera* nummaria egit *Guilielm. Stuck. in antiq. Convival. fol.* 99. *edit. Tigur.* Ejuſmodi ritus Patavii viget, dum publice pauperibus ad charitatis ſubſidia in executionem piorum legatorum ad feſtum Nativitatis & Paſchatis, nummi æerei circulares ſuis vulgo BOLLE nota ſignati diſtribuuntur: quos quicunque diſpenſatoribus adfert, modò panem, modò farinam, modo vinum, modo denarios accipit. Vid. *Don Anton. Agoſtin. Dialog.* 2. *in numiſm. antiq.*

§. IV. Teſſeræ Militares varii generis erant. Una erat ſymbolum bellicum ſeu ſignum, quo conſocii milites ab hoſtibus dignoſcebantur, de hac *Virgil. lib.* 7. *Æneid.* Et *Sil. Ital. lib.* 5. *Liv. lib.* 7. *Veget.* Hæc autem Teſſera vel erat *verbalis*, quæ pro moribus & qualitate Imperatorum diſtributa fuit. Ita *Julius Cæſar Venerem Genetricem* uſurpaſſe dicitur teſſeræ loco. In caſtris Pompeji, *Invictus Hercules* diſtributus fuit. vid. *Marcell. Donat. dilucidatio in Cornel. Tacit. pag. m.* 190. Vel etiam Siglis inſcripta. Teſſerarius enim accepta teſſera à Tribuno, dabat Teſſerariis Ordinum, & quiſque diſtribuebat Ordini. Hæc militaris teſſera inuſta erat variis notis & Siglis, cuique enim inſcribebatur Sigla ordinis. v. g. H erat *Haſtatorum.* P. *Principum.* T. *Triariorum.* E. *Equitum.* de qua re videatur *Godoſcalc. Stewech. in annot.* ad *Veget.* de *re milit. Georg. Fabric. Rom. illuſtrat. pag. m.* 123.

§. V. Succedit *Teſſera Hoſpitalitatis*, quam hoſpites eorumque liberi ſecum ferebant, ut facilius à veteribus & paternis hoſpitibus agnoſci poſſent. Hujus formam *Euripidis Scholiaſtes in Medea* optime deſcribit. Qui hoſpites invicem fieri volebant, talum quendam diſcindebant in duas æquales partes; unam ii, qui hoſpitium præbebant ſibi retinentes, alteram dantes ei, qui hoſpes fieri ſolebat: & ſi contigiſſet de cætero, uti alter alterius hoſpitium ſubiret, producentes dimidium tali renovabant jura hoſpitalia. Harum formam nobis exhibet *Philip. Jacob. Tomaſini in libello. de teſſer. hoſpital.* quæ formâ

ro-

rotundâ ſunt & parte interiore hoſpitum nominibus inſcriptæ.

POLYNICES
ASCANIO·F

CLAPHYR
ANDRAE·M·I·F

POLYNICES
ASCANIO·F

CLAPHHR
ANDRAE·M·I·F

Has Teſſeras Hoſpitalitatis etiam habuiſſe Chriſtianos teſtatur *Tertullian. in Apol. c.* 20. qui hoſpitalitatem veterum Chriſtianorum appellat CATHOLICÆ COMMUNIONIS CONTESSERATIONEM, quorum teſſeræ erant hiſce Siglis inſcriptæ:

Π. Υ. Α. Π. i. e.

Πατὴρ ὑιὸς ἅγιον πνεῦμα

De qua re differentem adi *Cornelium à Lapide in Epp. Paul. fol.* 975. *B. Hildebrand. in Colleg. in alma Julia* dictato de his ita loquitur: *Teſſera illa erant literæ formatæ ſeu Cannonicæ.*

§. VI. Paucis in ordine *teſſeras Comitiales* perluſtrabimus, quæ adhibebantur à ſuffragantibus, cum honores diſtribuerentur. *Varro* teſtis eſt *lib.* III. *cap.* V. *de re ruſtic.* ita differens: Cum hæc loqueremur, clamor fit in campo. Nos athletæ com-

commitiorum una, cum id fieri non admiraremur propter ſtudia ſuffragatorum & tamen ſcire vellemus *quid eſſet*, *venit ad nos Pantulejus Parra. Narrat, ad tabulam, cum diriberent, quendam deprehenſum teſſerulas conjicientem in loculum, eum ad Conſulem tractum à fautoribus competitorum.* Obſcurum ex his non eſt, ſpeciem ſortitionis fuiſſe, uti etiam ex eodem *libro cap.* XVII. conſtat. *Latis tabulis ſortitio fit Tribuum, ac cœpti ſunt à præcone renunciari, quem quæque Tribus fecerit Ædilem.* De his videri poſſunt *Barnab. Briſſon. de antiq. formul. lib.* 2. & venerand. *Mauritius* de *ſortit. lib. cap.* XXVII. & patebit Electionem per ſortes vel tabellas cum SIGLIS notatas factam eſſe, ſcil. A. & UR.

§. VII. Quemadmodum in creatione Magiſtratuum Veteres ſortibus uſi, ita etiam in Comitiis Judiciorum; in his quoque tabulæ dabantur, una notata litera ſeu SIGLA. A, quæ ſignificat ANTIQUO, Altera autem SIGLIS. U. R. i. e. UTI ROGAS. vid. cit. *Briſſon.* d. l. Verum de his in ſequentibus acturi ſumus, quia adhuc TESSERÆ quædam ſuperſunt, de quibus prius differendum erit & ſequuntur THEATRALES. Harum fit mentio in Ludis *Stellæ. Martial. lib.* VIII. *Epigr.* LXXVIII. *pag. m.* 474. *edit. Lugdun. Batav.* 1661.

*Nunc veniunt ſubitis lacciva numiſmata nimbis*
*Nunc dat ſpectatas teſſera larga feras.*

Nimirum ludos tam celebres fieri juſſit in gratiam Principis *Domitiani* ob victoriam Sarmaticam, Stella, ut teſſeræ ligneæ aut ſphærulæ è loco ſuperiore in theatrum & propalam ſpargerentur, quibus ſigna inſcripta erant ferarum, vel aliarum rerum, quas editor cupiebat populo largiri; Imò numiſmata nimbis HS. ſparſa è ſuperiori loco. uti *Cornel. Schrevel. notat.* Pergit citatus *Schrevel.* Teſſeras ergo & ſphærulas ſeu globulos populus rapiebat cum jactarentur, & quod quiſque in teſſera ſignum habebat, illud accipiebat ab Imperatore; ut ſi teſſeræ eſſet inſcriptus cervus, equus, domus; domum, equum vel cervum à Cæſare vel munerario accipiebat. Aſſerit & addit *Thomaſini*, quod ejuſmodi globoſas teſſeras *Johannes Galvanus JC. & Profeſſor Patavinus* viderit.

§. VIII. Huc faciunt TESSERÆ ſpectaculis deſtinatæ, cujuſ-

Digitized by Google

cujuſmodi ex oſſe teſſeram apud *Johannem Rhodium* nobis exhibet *Phil. Jacob. Tomaſini*, quam ad ludum gladiatorium excogitatam ſignificat fuſcina cum palma, cui ſervile nomen gladiatoris jam rude donati, verius ad ſpectaculum, quam ad pugnandum conducti eſſe inſcriptum. vid. cl. *Zimmermanni Florileg. Philolog. pag. m.* 746. qui etiam ejus formam exhibet, quam etiam oſtendit *Pignor. lib. de Servis* & hæc eſt:




*Ne autem Lector dubitet de hac re ex Tomasino plures hujus generis Tesseras dabimus*





















i. e. *Philodamus Doſſeni ante diem decimum Kalendas Novembris ſpectatus M. Terentio C. Caſſio.* Nimirum id ſibi volunt, hunc talem gladiatorem tali die & Conſule ultimum ſui ſpectaculum dediſſe & rude donatum eſſe. Erat autem rudis teſſera quædam eburnea, cui nomen gladiatoris ætate emeriti inſcribebatur, quam qui accipiebat, is ab omni pugnandi neceſſitate eximebatur. conf. *Reiſneri inſcript. claſſ.* v. *fol. m.* 372. *edit. Lipſ.* & *fol.* 391. ubi plurimæ teſſeræ recenſentur.

§. IX. Convivales etiam fuiſſe *teſſeras* liquido ex *Ælio Lampridio* de *Antonino Heliogabalo* patet. Similiter Teſſeras luſorias fuiſſe oſtendit *Delrio. Com. Herc. Fur.* vid. *Ovid. lib.* II. *art. ama. Martial. lib.* XIV. *Epigr.* XV. Ita in Contractibus peculiares Mercatorum teſſeræ fuerunt, uti ex variis Scriptoribus oſtendit *Jacob. Philip. Tomaſ. lib. de Teſſer. hoſpital.* Verum in his prolixiores eſſe nolumus, cum omnia ex præcedentibus facillimo negotio erui poſſunt. Miſſis itaque teſſeris ad Sortes nos accingimus, & SIGLAS in illis obſervatas perpendimus.

§. X. Ritum ſortiendi quod attinet, ille peragebatur certis SIGLIS. Sortibus veteres varia inſcribebant nomina perſonarum vel rerum de quibus ſortiri volebant, ut in ſortibus Iſraelis Nomina Tribuum, nomen divinum & Aſaſelis conſpiciebatur. Deinde talis ſortium LITERAS ALPHABETHI pro eligendis vel damnandis inprimebant, uti vir plur. *Reverend. Maurit. in libr. de Sortibus veterum* oſtendit. Non autem in rebus licitis tantum, ſed etiam idololatricis tales SIGLÆ reperiuntur. Sic ſortibus per Sagittas inſcribebantur nomina earum urbium, quas bello occupare decreverant, uti ex *Ezech. cap.* XXI. conſtat. vid. *Dieter. Antiquit. Bibl. in h. loc. Anton. van Dale de Idololát. & ſuperſtit. libro.*

§. XI. Græci in judiciis ferendis ſortilegiis utebantur. Judicibus delectis ſua etiam loca ſeu ſtationes ſorte aſſignabant, quod quomodo factum Græci Authores indicant. Athenis erant plura dicaſteria i. e. ſtationes jus dicentium. In aliis enim expendebantur, quæ φονικὰ Græci appellant, ubi agebatur de vita. In aliis civiles lites tractabantur. Unicuique ſtationi nomen ex elementis ſeu elementorum ſerie indebatur.

Erat

Digitized by Google

Erat enim, quæ dicebatur A, quæ B. quæ Γ. & deinceps uſque ad literam K. nam decem fuêre ſtationes: Januæ autem uniuſcujuſque ſtationis erat ſuperpictum elementum rubri coloris, ex quo nomen ei ſtationi foret. Quotquot erant Athenis, qui muniis judicialibus fungerentur, habebant ſinguli pro ratione ſtationum pugillares, in quibus ſcriptum aſſervabatur & ipſorum & ſtationis nomen, habebantque pariter virgulam inſcriptam. Cum autem appeteret tempus judicandi, in forum commeabant omnes judices, conjectiſque in urnam ſortibus, qui ſortitus eſſet literam A, pergebat in ſtationem, cui ea litera nomen dabat. Et ex his eligebantur in judicio ferendo. confer. *Franciſ. Rous in Archaologia Attica pag. m.* 371. *lib. 7. c. 3. edit. Oxonienſ.* 1658.

§. XII. Non ſolùm autem in rebus legitimis veteres ſortibus utebantur, ſed etiam in Magicis in illa Græcorum Alectryomantia. Scribebant illi circulum in pulvere, & poſtquam ei XXIV. LITERAS ordine in totidem ſpaciis impreſſiſſent, in more poſitum erat ſortilegis iſtius temporis, circulum in pulvere deſcriptum in XXIV. ſpatia dividere, quorum ſingulis unam ex Alphabethi literis apponebant: quo facto, ſingulis Alphabethi literis granum frumenti apponebant, deinde Gallo Gallinaceo intra circulum poſito, obſervabant, quænam grana acciperet, & ſingulas literas granis acceptis adſcriptas in unum conjunctas conſiderabant, quodnam verbum exhiberent, & ex hoc deinde de re quæſita divinabant. Hoc ſortilegio uſum legimus *Libanium Sophiſtam* & *Jamblichium*, dum quis poſt *Valentem* Imperatorem coronæ Imperialis ſucceſſor futurus eſſet, divinabant; Gallus enim intra circulum dictum poſitus quatuor granis acceptis reliquit ſpacia literarum *θ. ε. ο. δ.* granis vacua, unde collegerunt, *Theodorum* Imperio *Valentis* ſucceſſurum; ſed à Dæmone decepti fuêre, aliud enim paulo poſt eventus docuit, non *Theodoro*, ſed *Theodoſio* ſedem Imperialem occupante.

§. XIII. Ut teſtimonia horum afferamus, quæ diximus prodeat *Zonaras in Valente*, qui de hoc Sortilegio ita fatur: In pulvere XXIV. literæ ſcribuntur & ſingulis apponitur granum tritici, deinde Gallus in medio ſtatuitur, cum carmina quæ-

dam decantata fuerint, & obſervant, ex quibus elementis grana Gallus capiat, quæ conjuncta putantur, id quod quæritur indicare. Et poſtea: Viderunt Gallum ſumentem granum ex litera TH. & ex literis E. O. D. Meminit hujus Alectryomantiæ *Cedrenus* his verbis: In pulvere ſcribentes XXIV. literas, unicuique literæ granum tritici apponebant, deinde ſolvebant Gallum, literis admoventes, & accepit Gallus granum ex TH, deinde granum ex E & O. & denique granum ex D. & fuit tota divinatio anceps & ambigua. Confirmat hoc *Sozomen. lib.* 6. *Eccleſ. hiſt.* Tripodem, ait, è lauro adornarunt & invocationibus & verbis quibus ſolebant uti, effecerunt, ut collectis literis, quæ ſecundum ſingula elementa, artificio tripodis & divinationis rotatæ extiterunt, apparuerit nomen Imperatoris futuri. Cum autem omnes in *Theodorum* inhiarent, elementorum compoſitio, quæ in ejus nomine uſque ad literam D. pervenerat, decepit Philoſophos. Ita etiam *Socrates lib.* 4. *c.* 19.

§. XIV. Aliud ſortilegii magici genus proferamus ex libro quem Turcæ magni æſtimant intitulato: *Sors Giafari Sadeki.* ubi hæc extant: Accipiatur lignum quadratum, & ſcribantur iſtæ quatuor literæ ابىج & projice illud tribus vicibus & quære literas quæ exeunt in locis ſuis, & invenies ſub ipſis quod quæris. Per hanc igitur Diabolicam artem per quatuor literas ابىج divinatio inſtituitur hoc pacto. TESSERÆ CUBICÆ inſcribunt quatuor hoſce characteres Arabicos, ſingulis lateribus unum: hanc TESSERAM prævia oratione ter projiciunt, & ternas literas ſingulis projectionibus collectas reſervant. Sit v. g. prima projectione littera ب ſecunda ج & tertia ح quærunt itaque in dicto libro has tres literas inventas بحج textuque Arabico lecto in notitiam ſortis fortunæ deveniunt; nam hoc ſibi eventurum ſimpliciter credunt, quod ibi traditur. Et hæc de Siglis Teſſerarum & Sortium.

Ca-

Digitized by Google

# Caput XXVIII.

## De Siglis Publicis Locis Inscriptis & quidem Templis &c.

§. I. Nunc ad publica loca pedem movemus & illorum Siglas conſideramus. Inter hæc autem referimus primo loco TEMPLA tam Ethnicorum, quàm Chriſtianorum, quæ antiquitus Siglis inſcribebantur. Mos antiquiſſimus, ſcribit *Sagittarius* in *libro de januis veter. cap.* XXVIII. *pag. m.* 192. *edit. Jenenſ.* 1694. fuit inſcribendi Januas Templorum, Nomen Divi, Deæve, cui templum conſecratum, foribus inſcriptum erat. Nonnunquam nomina Deorum Dearumve, quibus dicata erant templa in foribus conſpiciebantur; nonnunquam memorabiles ſententiæ iiſdem inſcribebantur. Prioris generis quædam notavit *Deſider. Herald. in Animadverſion. ad lib.* VI. *Arnob. pag. m.* 235. Inter quæ etiam eſt hoc *Jamblichii lib.* I. *de vita Pythagor. c.* 11. Templum conſtruxit Apollini hac Inſcriptione ΠΥΘΙΟΥ *Pythii.*

§. II. Firmo igitur ſtat talo, quod Templa in Frontiſpicio Inſcriptiones Deorum vel Dearum habuerint, quibus dicata, addito fundatoris nomine, uti patet ex Inſcriptione Jovis Maximi, quam nobis exhibet *Filippo d'Roſſo. pag. m.* 229. *edit. Rom.* ſequentibus

MARCUS HORATIUS CONSUL EX LEGE
TEMPLUM JOVIS OPTIMI MAXIMI
DEDICAVIT ANNO POST REGES EXACTOS.

Sic poſt reſtaurationem PANTHEI nomina ſua præfigi curarunt Reſtauratores, ſimulque templi mentionem fecerunt hoc modo:

IMP. CAES. L. SEPTIMIUS, SEVERUS PIUS
PERTINAX, ARABICUS, ADIABENICUS

PAR-

PARTHICUS MAXIMUS PONTIF. MAX.
TRIB. POT. XI. COS. III. P. P. PROCOS.
ET IMP. CAES. M. AUREL. ANTONIN.
PIUS. FOELIX. AUG. TRIB. POTEST. V. COSS.
PROCOSS. PANTHEUM VETUSTATE
CORRUPTUM CUM OMNI CULTU
RESTITUERUNT.

Quis non videt & intelligit ex his veteres fores templorum & plenis verbis & Siglis ornaſſe.

§. III. Ut adhuc plura afferamus teſtimonia, meminit Jacob. Philippo Thomaſini in inſcript. *Patavin. pag. m.* 28. quod in fronte templi *Auguſtini* hæc legantur: *Anno Domini* M. CC. LXXV. *Indict.* III. *de menſe Auguſt. hoc opus fieri incepit per Commune Padua ad honorem D. N. J. C. B. M. Matris ejuſdem & Beat. Confeſſ. Auguſt. Dominic. Jo. Bapt. Jo. Evang. Apoſtol. Petr. & Paul. Steph. & Petr. Martyr. & aliorum, quorum altaria hic ſunt.* Et hujuſmodi variæ Inſcriptiones templorum variæ reperiuntur apud citatum *Tomaſinum*, qui evolvatur. Harum Templorum Inſcriptionum abundantiam collegerunt *Janus Gruter.* ac *Smetius* ex monumentorum antiquorum ſignis. confer. *Johan. Henric. à Pflaumern Mercur. Ital. & Andr.* Schotti Itinerarium Italiæ. *edit. Amſtel.* 1655. ubi de his templorum Inſcriptionibus lectu digniſſima fuſe agitur.

§. IV. Ne autem putemus has Inſcriptiones ſine Siglis exaratas fuiſſe, quædam teſtimonia ad probandam noſtram opinionem in medium proferemus. Inter quæ Inſcriptio *Vargataria* in templo D. Firmi cujus mentionem facit B. *Reineſius* in tract. de Inſcript. *fol. m.* 47. *edit. Lipſ.* ubi hæ tantum tres litteræ reperiuntur J. O. M. i. e. Jovi Optimo maximo templum hoc ſit dedicatum. Pariter Inſcriptio veteris templi *Nona in Dalmatia* hoc teſtatur, quod per Siglas inſcriptiones ſcriptæ ſint. ibi enim hæc leguntur.

L. SALLIUS. C. F. IIII. VIR. J. D.
JOVI O. M. D. R. S. i. e.

Lucius *Sallius Caji filius Quatuor vir juri dicundo Jovi Optimo Maximo, de reditu ſuo, ſeu Redactu ſuo* conſecravit. Has & ſimi-

ſimiles Inſcriptiones templorum plurimas collegit cit. *Reineſius* in libro aureo de Inſcript. antiquis.

§. V. Ad templorum Siglas recenſentur etiam illæ, quæ hodienum templis Chriſtianorum inſcribuntur, & illud fortaſſe non abs re erit indicaſſe, quod non rarò in fronte templorum à priſcis Chriſtianis ſtructorum CRUX decuſſata fuerit efficta, quam Litera majuſcula P. interſecaret, additis ab uno latere A *alpha* ab altero Ω. *Omega*: hoc modo



Quo ipſo tum ad Crucem, tum ad ipſum nomen Salvatoris Jeſu Chriſti reſpexerunt, itemque elogium ejus expreſſerunt, quod ſcribi in *Apocal. cap.* 1. *v.* 8. ex re & vero tribuit. Ita fere omnibus in locis, ubi templa Apoſtolo cuidam dedicatum, nomen ejus foribus inſcriptum reperitur. Nam in templis B. Virgini ſacratis hæ Siglæ plerumque extant. D. B. V. S. *Domus beata Virgini Sacra.* Et quæ aliæ ſunt Siglæ. e. g. ſi templum Apoſtolis ſacratum tunc Siglâ nominis inſcribebantur ut. D. M. S. Divo Michaeli Sacrum. ita de reliquis, uti ædificia ſacra teſtimoniis probant.

§. VI. Templis accenſemus *Scholas* & *Academias*, quarum fores ſemper Inſcriptionibus gaudent, in quibus fundatoris, anni & temporis fit mentio. Et hæc conſuetudo Januas Inſcriptionibus Scholarum & Academiarum ſignandi, antiquiſſima eſt, quippe tam apud Græcos, quam Romanos monumenta reperimus: multa, ubi in Inſcriptionibus talibus multas reperimus Siglas. Negandum tamen non eſt, quod quædam plenis verbis fuerint exaratæ; interim tamen ſemper Siglæ intermiſtæ ſunt, uti patet ex Inſcriptione quam recenſet *Roſſo nell Ritratto di Roma antica. edit. Rom.* 1654. *pag. m.* 248.

C. AVILIUS LICINIUS TROSIUS
CURATOR
SCHOLAM DE SUO FECIT
BEBRUX AUG. L. DRUSIANUS A. FABIUS XANTHUS. CUR. SCRIBIS LIBRARIIS ET PRECONIBUS AED. CUR. SCHOLAM
AB INCHOATO REFECERUNT MARMORIBUS ORNARUNT VICTORIAM AUGUSTAM ET SEDES
ÆNEAS ET CETERA ORNAMENTA DE SUA PECUNIA FECERUNT

§. VII. In Græcia quoque moris fuiſſe Gymnaſia & Scholas inſcriptionibus ornare, teſtatur Tabula Smyrnenſi Gymnaſio præfixa, in qua non tantum donaria ad exſtructionem data referuntur, ſed etiam pretium, quod quælibet perſona dederit, recenſetur. Verba Græca tranſtulit *Seldenus in Arundinel. Græ. No.* IV.

Sub cujus Prætura polliciti ſunt, Cl. Baſſus certaminum Præſes Nemeſium Dearum palatium tegere, Fuſcus opus facere minarum $\overline{\text{VII}}$. $M$. Z. Cherſiphron Aſiarcha hortos ad palmetum. Lucius Pompejus in palmetum $\overset{Y}{M}$ E Minas V: Lucius Veſtinus eam palatii partem tegere quæ curiæ proximat & oſtia ænea facere, Smaragdus Prytanis inaurare tectum loci ungendis Senatoribus deſtinati: Et alii in templi pulvinar ſeu locum ſupplicandi Columnam cum capitulo tortili. Nymphidia ſacerdos ſumma Cl. Artemilla, Cl. Polla Claudia Nicetæ, Theudianus ſtephanephorus. B. II. Fl. Aſclepiaca, Iſidorus Sophiſta, Antonia magna, Claudiæ Ariſton, Albidia Magna, $\overset{Y}{M}$. (Minam) $\overline{\text{I}}$. Cl. Charis $\overset{Y}{M}$. Cl. Leontion $\overset{Y}{M}$. Cl. Aurelia columnas ſtriatas cum capitulis tortilibus, in Palmetum NB. Qui nuper affuere Judæi $\overset{Y}{M}$. Metrodorus Ni-

cano-

canoris F. Dicenus in palmetum  Z. φ. (Denariorum VII CIↃ) F. Murmus & Cilianus . & quæ accepimus a Domino Cæſare Hadriano per Antonium Polemonem, ſecundum nempe Senatus conſultum, quo tempore bis Æditui eramus, certamen ſacrum, immunitatem Theologos, Hymnorum cantores, myriadas centum quinquaginta columnas inungendi locum Synnadæas  B. (DCCCII) Numidicas (K) XX. Porphyreticas  (XC) ſed conſtructum eſt etiam Salarium in Gymnaſio à Sexto Pontifice ſummo.

§. VIII. Quandoque Græci inſcriptionibus Scholarum cum nominibus fundatorum illarum & nomina *Rectorum* cæterorumque *Præceptorum* addebant, qui illo tempore Scholæ regundæ præfuerunt, uti Vetus aliqua, quam nobis exhibet cl. *Reineſius in volum. antiquarum Inſcriptionum edit. Lip. fol. m. 289.* quam latine ita reddidit, teſtatur. Coſmi Magiſtratum gerente STA. Statius vel Statilius Serapionis Collidis F. & Coſmi Magiſtratum gerente CASI. Apollonici Stirienſe —— phrontiſtes Athenienſis Spendontis F. Eleuſinius Adoleſcentibus Herculem, ob victoriam in Eleuſine Gymnaſio tunc præerat *Abaſcantus Eumolpi F. Cepheſienſis* ΕΤΟΣ. ΚΓ. (anno XXIII.) Confer. *Grut. Inſcript.* ubi de his pluribus.

§. IX. Et quid juvat ab exteris teſtimonia mutuo accipere, cum conſtet & noſtras Scholas, Gymnaſia & Academias Literis vel Siglis inſcriptas eſſe in frontiſpicio. Nonne hoc teſtimonio ſuo approbat *Clauſtrum Alumnorum Sereniſſimi Ducis Wurttenbergici*, ubi in introitu ſuper Janua Siglæ hæ M. H. D. C. i. e. *Matthias Hafenreffer Doctor Cancellarius.* unà cum Inſcriptione reperiuntur. Teſtantur hoc & aliæ Scholæ, ubi mox SEM. JUVEN. mox SCHOL. TRIV. mox ATHEN. ILLUST. foribus inſcribitur. Hinc nullum eſt dubium quin Noſtrates hunc per Siglas fores publicorum Templorum Scholarumque morem ab exteris accepiſſe, ſtatuamus. Sic de S. litera foribus Cænaculorum ſuppoſita dicendum, quod

 ſilen-

ſilentium denotet. Ita in Ordinibus & Societatibus. S. T. addebatur ad ſignificandum Sile, tace. vid. Hopping. de jure inſign. fol. 51.

## Caput XXIX.

### *De* Siglis *in publicis Viis.*

§. I. Non infimum urbis ornamentum habetur, ſi viæ publicæ tam in illa, quàm extra illam benè ſint conſtitutæ, nam ex neglectu viarum facile alii conjecturare poſſunt, quàm negligens ſit Magiſtratus in augendo bono publico. Omnes ſanæ mentis populi magnam curam habuerunt, ut viæ recte diſpoſitæ ſint, quippe arbitrabantur, magnum nocumentum Reipublicæ hinc evenire poſſe. Judæos ſi conſpicimus, iſti plane nimis curioſi in menſuris viarum. Menſuræ enim viarum traduntur in *Bava Bathra fol.* 100. *Via privata* eſt lata quatuor cubitorum; *Via ab urbe in urbem* latitudinem habet *Octo cubitorum. Via publica* (ſcil. illa per quam non ſolum una vel altera urbs tranſivit, ſed quæ erat communis omnibus) lata eſt *ſedecim cubitorum. Via ad civitates refugii* eſt lata *triginta duorum cubitorum. Via Regis* non habet menſuram. Et *via ad ſepulcrum* etiam non habet menſuram ob honorem mortui: ſcil. ne comitantes feretrum, ob anguſtiam viæ ſegregarentur. Imò Synedrium ſemper occupatum etiam erat in eo ut viæ collapſæ repararentur.

§. II. Apud Romanos maxima Senatus fuit diligentia in viis faciendis: bonis enim Reipubl. temporibus id agebant Principes Romani, non ut ſua cupidè nimis augerent, ſed ut honori publico, & civium commodis conſulerent. Ac quod *Demoſthenes* de Athenienſibus prædicat, *Ariſtidem* & *Milthiadem*, alioſque illuſtres viros, cum urbem ita publicè ornaverint, ut ad incrementi amplitudinem poſteris vix relinquerint locum, privatim nihil ipſos magnificentius habitaviſſe, quam quemvis ex modicis vicinis ſuis. Idem de *Romanis* veteribus, ſuorum temporum improbitatem reprehendens, merito jactavit

Digitized by Google

vit *Horatius lib.* 2. *Carm. od.* xv. Ex talibus operibus laude dignis & utilibus Reipubl. viarum magnificentia, Earum curandarum munus Cenſoribus à Senatu commiſſum fuit: quibus *Auguſtus Cæſar* VIARUM CURATORES addidit, qui ut & *Quatuorviri* tuendarum viarum inprimis nominati fuerunt, id quod Inſcriptiones *Tiburi*, *Formiis*, *Alyſiis*, item *Urbini*, *Romæ*, *Præneſte* & extra *Italiam Dacica*, *Gallica*, *Hiſpanica* indicant. Viæ autem ejuſmodi cum intra urbem, tum etiam extra fuerunt, & in Provinciis. Etenim viæ Pompejæ in *Sicilia* meminit *Cicero* contra *Verrem*: *Via Domitia* in *Gallia*, idem pro *M. Fontejo*: *Via poſthumia* in *Inſubria*, *Cornel. Tacit. Via Domitiana in Campania*, *Statius Papin.*

§. III. Quicunque nunc Viam de novo confici curaverant, vel collapſam reparaverant, magnam gloriam exinde quærebant; hinc in memoriam perpetuam monumentum in illo ipſo loco erigebant, cui nomen & actio ipſa viæ reparandæ inſcribebatur. Hæc autem ſcriptura ſæpiſſime Siglis imprimebatur, ut hoc cognoſcitur ex hac:

P. PLOTIUS ROMANUS. CONS. SOD. AUG. CL.
LEG. AUG. PR. PR. PROV. ARAB. ITEM GAL.
PRAEF. AER. STAT. LEG. AUG. CENS. ACC.
HISP. CIT.
JUR. PER. ÆRA. LEG. CUP. VIÆ. LABIC. CUR.
PR. URB. TRIB. PL. Q. KAL. VI. VIR. EQ. R.
TUR. II.
TRIB. MIL. LEGG. I. MIN. ET II. ADIVIT IV.
V. V. CUR.

Hîc de Plotio legimus, Curatorem VIÆ LABICANÆ fuiſſe, quæ ex Urbe Labicos ducebat: ejus meminit *Strabo lib.* v. *Liv. lib.* IV. *Decad.* 2. Summa dignitas erat, & non niſi Viris Conſularibus commiſſa CURA VIARUM SINGULARIUM. Unde *C. Marcius* Figulus, ex anno, quo *Curator* VIÆ FLAMINIÆ erat, Conſulatum petiit, quem iniit cum *L. Cæſare* A. U. 690. C. Jul. Cæſar ὁδοῦ τῆς Ἀππίας ἐπιμελητὴς ἀποδειχθεὶς, biennio antequam COS. cum Bibulo. A. U. 694.

 §. IV. Por-

§. IV. Porrò, ſi viæ aliquod detrimentum accepiſſent ab inundatione aquarum, vel alio quovis caſu, ſtatim reſtituebantur à Curatoribus Viarum vel Principibus ipſis, id quod magnum honorem attulit. Nam ipſorum nomina lapidibus inciſa & maxima laude deprædicata loco iſti reſtituto præfigebantur, ut quilibet in ſeros quoque uſque annos munificentiam ex illis inſcriptionibus colligere poſſet. Ne itaque nimis prolixi eſſent, per Siglas animi ſenſa expreſſerunt, uti ex hac Inſcriptione cognoſcendum:

IMP. CAESAR. AUG.
M. AURELIUS ANTONINUS
PIUS, FELIX. AUG.
PARTH. MAX. BRITANN. MAX.
P. M. P. P. COS. III. DES. IV.
VIAM INUNDATIONE AQUAE
INTERRUPTAM RESTITUIT

§. V. Verum qui ex propriis ſumtibus VIAS in integrum reſtituiſſent illi ſemper has Siglas in lapidibus exciſis addebant: D. S. P. vel D. S. P. F. vel D. S. P. F. C. i. e. *de ſua pecunia*, *de ſua pecunia fecit*, *de ſua pecunia faciendum curavit.* quibus verbis ſignificare volebant amorem in patriam, quo obſtricti eſſent emolumentum ejus etiam pecunia ſua propria quærere. Nonnunquam unus, interdum etiam duo, tres & plures ſecum conſtituebant, ſuis ſumtibus *Vias* reparare. De uno refert Inſcriptio *Gruteriana.*

HANC VIAM
AUG.
L. LUCRETIUS DENSUS
FECIT.

De duobus loquuntur illæ inſcriptiones, quæ de viis intertegendis teſtantur, quas *Jan. Gruter.* fol. CL. recenſet hoc modo:

C.

Digitized by Google

C. RUSTIUS C. F. FLAVOS. ITER
L. OCTAVIUS L. F. VITULUS

IV. VIR. D. S. S.

VIAM INTEGENDAM

CURAVER.

D. D.
C. CAES. J. JUS.
C. F.
C HE. JULIUS.
T. F. Q.
— — MOTRR.
COL. D. S. S.
VIAM INTE-
GENDAM CU-
RAVER.

De pluribus autem, qui ſua pecunia viam ſtraverunt teſtimonium exhibet lapis *fori Sempronii* in *Piceno* ſeu Marchia Anconitana his verbis:

AUGUSTALES. VI. VIR
C. PESCENNIUS CLEMENS
L. VETTIENUS C. F. TIRO
L. MAENUS. L. L. PHARNACES
C. VERNASIUS. C. L. EPAPHARA
L. LUCILIUS. 7. L. CHRESTUS
CN. VETTIDIUS. CN. L. OPTATUS
C. UTTIEDIUS. C. L. QUARTIO.
C. CUPPIENUS C. L. SUCCESSOR
L. MAENUS. L. L. ATOBUTIUS
L. CATELLIUS. L. L. BARBARUS
SEX. FIRMIUS. SEX. L. PRIMIO
CN. RUSTIUS. CN. L. CLARUS
VIAM. LONG. P. ∞ CLXV. EX D. D.
OB HONOREM SEXVIRATUS
S. P. SILICE STERNEND
CURARUNT.

Intelligimus nunc veteres in Lapidibus, quibus viarum reparatio inciſa, Siglis uſos fuiſſe, quarum explicationem ex Catalogo Siglarum his in rebus obſervatarum, quem in fine hu-

hujus materiæ dabimus, facillimo negotio quiſque intelligere poterit.

## CAPUT XXX.

### *De* SIGLIS *in pontibus, portis, muris, ripis, thermis, arcubus triumphalibus & carceribus obſervatis.*

§. I. Laudabilem conſuetudinem eſſe in Republica bene conſtituta dicimus, quando pontes ſalvi & integri conſervantur, quorum adminiculo omnes tranſire flumen poſſunt. Contra nihil turpius eſſe cenſemus, ubi in Republ. pontes vel ſunt dejecti vel fracti, ut homines vix ſine periculo vitæ iter inſtituere poſſint. Aliter ſenſerunt Romani, qui omnem movebant lapidem, ut pontes incolumes conſervarentur; hinc munus hoc graviſſimis viris demandarunt. Initio enim ex Autoritate Imp. *Pontes* Tiberis primum curarunt *Pontifices*. vid. *Lexic. Jurid. ex Briſſon. pag.* 754. qui ſublicium augurato condiderunt, à quo ponte nomen ipſis eſt impoſitum: Deinde Cenſoribus, item Viarum Curatoribus hoc munus datum: Poſtremo idem munus ſuſceperunt nominis & honoris ſui cauſa Imperatores. *Antoninus* enim pius *Janiculenſem marmoreum* fecit, *Gordianus Ceſtium* reſtituit, *Hadrianus* novum de ſuo nomine exſtruxit, & quæ alia ſunt pontium monumenta.

§. II. Quemadmodum autem laude dignum erat, ejuſmodi pontes exſtruere, ita etiam non ſine gloria Autorum factum, ut illorum Nomina in Frontiſpicio pontium tabulæ inſcriberentur, uti Inſcriptio pontis Sublicii teſtatur. Uſurpabant porrò veteres in his Inſcriptionibus & verba & SIGLAS, ita ut illæ partim ex verbis, partim ex SIGLIS compoſitæ fuerint. In *Ponte Sublicio* hanc ſcriptam fuiſſe refert *Filippo de' Roſſi nell Ritratto di Roma antica edit. Rom.* 1654. *pag. m.* 205:

P. LENTULUS. CN. F. T. QUINTUS. CRISPINUS

VA-

VALERIANUS EX S. C. FACIUNDUM CURAVERE FIDEMQ. PROBAVERE.

Quæ ſignificant, quod P. *Lucius* filius Cnæi & T. Quintius, Criſpinus, Valerianus, ex Senatus conſulto contractum inierint, ad perficiendum hoc opus, quod deinceps Senatus approbaverit. Similiter tale quid deprehendimus in PONTE FABRITIO dicto, uti citatus *Italus pag. m.* 200. his verbis recenſet: *Il ponte per il quale l'Iſola ſi congiunge alla Città di Roma, fù già edificato da Fabritio, come nel titolo ſcolpito negli archi dell' iſteſſo Ponte ſi legge, inſieme col nome de' Conſoli di quel tempo, da' quali fù appronata queſta fabrica, che ſono queſti.*

L. FABRICIUS. C. F. CUR. VIAR. FACIUNDUM
CURAVIT. IDEMQ. PROBAVIT
Q. LEPIDUS. M. F. M. LOLLIUS. M. F. COSS.
C. PROBAVERUNT.

Ex hac inſcriptione intelligimus tunc temporis Conſules fuiſſe *Quintum Lepidum Marci* filium & *Marcum Lollium Marci* filium, qui opus hoc à *Lucio Fabritio Caji filio curatore Viarum* factum probaverint.

III. Altera pars pontis, qua Inſula jungitur cum civitate, & hodie Pons S. *Bartholomæi* vocatur, olim dicta fuit *pons Ceſtius*, quia ab ipſo ædificatus. In tabula marmorea huic affixa leguntur ſequentia verba:

DOMINI NOSTRI IMP. CAESS. F. VALENTINIANUS PIUS FOELIX. MAX. VICTOR AC TRIUMPH. SEMPER AUG. PONT. MAX.
GERMANIC. MAX. ALAMAN. MAX. FRANC.
MAX. GOTHIC. MAX. TRIB. POT. VII. IMP. VI. COS. II.
P. P. ET.
FL. VALENS PIUS FOELIX MAX. VICTOR AC

TRIUMPH. SEMPER AUG. PONT. MAX. GERMANIC.
MAX. TRIB. POT. VII. IMP. VI. ALAMAN. MAX. GOTHIC.
MAX. COS. II. P. P. ET
FL. GRATIANUS PIUS FOELIX MAX. VICTOR AC TRIUMPH. SEMPER AUG. TRIB. POT. MAX. GERMANIC. MAX. ALAMAN. MAX. TRIB. POT. III. IMP. II. COS. PRIM. P. P. P.
PONTEM FOELICIS NOMINIS GRATIANI
IN SENATUS AC POPULI ROM. CONSTITUI DEDICARIQ. JUSSERUNT.

Sic *Pons* Flaminiam viam cum Æmilia, & urbem cum ſuburbiis conjungit, quinque arcubus conſtat, atque in longitudinem porrigitur ducentos pedes, latus quindecim; totus è quadratis lapidibus compactus, inſcriptuſque hoc titulo:

IMP. CAES. DIVI F. AUG. PONT. MAX. COS. XIII. IMP. XX. TRIBUN. POT. XXXVII. alia parte
hæc leguntur: TI. CAES. DIVI AUG. F. DIVI JUL. N. AUG. PONT. MAX. COS. III. IMP. VIII. TRIB. POT. XXII. DEDERE.

Et hæc conſuetudo hodierno die in uſu eſt, uti ex variis Pontium inſcriptionibus elucet. conf. *Gruter. Inſcript.* ibi plura.

§. IV. Ad Muros nos conferimus, qui apud Veteres validi & operoſi firmi, magni & alti fuerunt, uti ex *Vegetio* & aliis recenſet *Georg. Fabric. in Rom. illuſtrat. pag. m.* 172, 173. *edit. Amſtel.* 1689. Cum itaque hi de novo exſtruerentur vel collapſi reſtituerentur, nomina benefactorum lapidibus inciſa præfigebantur, ut quilibet ex Inſcriptione legere & percipere potuerit, quis autor hujus fuerit? Pari modo Inſcriptiones partim verbis partim Siglis concipiebantur, uti patet ex illa ad novam Carthaginem:

CN.

CN. CORNELIUS. L. F.
GAL. CINNA. II VIR
MURUM. LONG. P. CII.
EX D. D. F. F. I. Q. P.

Sanè hoc loco variæ Siglæ occurrunt, quæ ita legendæ: *Cnæus Cornelius Lucii Filius. Gall. Cinna Duum-vir Murum Longum ped.* CII. *ex Decreto Decurionum fieri fecit idemque probavit.* Eodem modo illa *Salonæ* in Dalmatia:

L GRAVIAR. NN. AUG.
II. VIR QUINQ. DEC. DECR.
MUR. REF. IDEMQ. PROB. CORQ.

Quæ Siglæ ita exponendæ ſunt: *Lucius Gravio Arnenſis Nomine Auguſtali Duum-vir quinquies Decurionum Decreto Murum refecit idemque probavit coëravitque.* Et hæ Siglæ ſæpiſſime in inſcriptionibus murorum occurrunt. Harum ſententiæ èlici poterunt, ſi inſpiciatur Catalogus Siglarum.

§. V. A muris ad portas, quæ etiam Siglis ornabantur. Antiquitus moris erat, ut Deorum Idola ad Urbium portas collocarent. Deinde loco horum, Imperatorum & Principum ſtatuæ ad portas ponebantur. De his legimus apud *Xiphilinum* in *Severo*: *Nam fulmen*, inquit, *in ſtatuam ipſius, quæ ad eam portam collocata erat, qua exercitum erat educturus, quaque ſpectabat in viam, quia illuc itur, cecidit.* Unde certe originem traxit illud, quod portis urbium & arcium Inſignia Principum addantur, ad quem pertinent. Teſtimonium non è longinquo petemus, cum in metropoli hujus Regionis ad portas collocata conſpiciuntur INSIGNIA Sereniſſ. Ducis *Württebergici*, cum Siglis, ſeu Literis Celſiſſimi Nominis. Et ita in aliis civitatum portis ejuſmodi Inſcriptiones & Siglæ ſæpiſſime occurrunt. Olim *Roma* viginti quatuor habebat portas & ſingulæ peculiari nomine nominabantur, ut



Digitized by Google

*CARM. Carmentalis*
*ROM. Romana*
*JANUAL. Janualis*
*COLLA. Collatina dicta QUIR. Quirinalis & AGON. Agonalis*
*VIM. Viminalis*
*QUERQ. Querquetulana*
*ESQU. Eſquilina*
*NAV. Navia*
*CELIM. Celimontana*
*GAB. Gabinſa*
*FEREN. Ferentina*
*CAP. Capena*
*TRIG. Trigemina*
*NAVAL. Navalis*
*AUR. Aurelia*
*PAND. Pandana.*
*FLUM. flumentana.*
*FONTIN. Fontinalis.*
*TRIUM. Triumphalis*
*ROMAN. Romanula*
*MUG. Mugiona*
*RATU. Ratumena*
*SAGI. Saginalis*
*LAB. Labicana*
*RAUD. Rauduſcula*
*LAVER. Lavernalis*
*SAL. Salutaris*
*PIAC. Piacularis*
*CATU. Catularia*
*MUNUT. Munutia*
*MUG. Mugiona*
*STER. Stercoraria.*

§. VI. Jam autem *Porta* Romæ ſequentibus nominibus nominantur & inſcribuntur. Ab ortu VI habet. (1) D. PAULI. 2. S. Laurentii. (3) Tiburtina (4) Porta major. (5) S. Johannis (6) S. Methodii. Ab occaſu IV. Portam populi, (2) Pincianam, (3) Salariam (4) Ripenſem. S. Pancrat. A meridie S. Sebaſtiani. A ſeptentrione Septimianam, Vaticanam. Suburbanæ portæ ſunt S. Spiritus, D. Petri, Caſtelli S. Angeli, porta ſubjecta, Julia, Turrionis. vid. *Joh. Canrad. Dieter. Antiquit. Rom. edit. Francof.* 1643. *cap.* 3. *pag.* 12. *ſeq.* Portas has ſingularibus Inſcriptionibus ornatas eſſe nemo eſt qui ambigat. Ut autem unicum teſtimonium proferamus de portarum Inſcriptionibus per SIGLAS illud ſane erit, quod *Portæ Herculea Puteolana* inſcriptum:

D. D. N. N. IMP. CAES. TRAJ. P. F. INVICTUS
AUG. MURIS CURIONENSIBUS ÆDIFICIIS
PROVID. SUA INSTITUT. ATQ. ERECTIS
PORT. PUTEOL. HERCULEAM VOCARI JUSSIT.

In

Digitized by Google

In Civitate Reutlinga Imperiali Portis inſcriptæ ſunt *Sigla* P. P. quæ ſignificant hoc vel illo tempore *porta patefacta*, vel etiam *Porta pateat*. Verum de his hæc ſufficiant.

§. VII. Pervenimus ad *Arcus*, qui olim honoris virtutiſque cauſa erigebantur iis, qui externis gentibus domitis, ſingulares victorias patriæ pepererant. Ii primum rudes & ſimplices fuerunt, cum virtutis præmia, non ambitionis lenocinia eſſent: ſeculo inſolentiore monumenta victoriarum & triumphorum pompa iis fuit inciſa. Hi itaque tituli & verbis partim, partim Siglis exſcribebantur, uti in Arcu *Septimii Severi*.

IMP. CAES. LUCIO SEPTIM. M. FIL. SEVER. PIO PERTINAC.
AUG. P. P. PARTH. ARAB. ET PARTHICO ABDIABEN.
PONT. MAX. TRIB. POT. XI. IMP. XI. COS. III. PROCOS
ET IMP. CAES. M. AUREL. L. FIL. ANTONINO AUG.
PIO. FEL. TRIBUNIC. POTEST. VI. COS. PROCOS. P. P.
OPTIMIS. FORISS. PRINCIP. OB. RP. RESTIT. IMP.
Q. POP. ROM. PROPAG. INSIGN. VIRTUT. DOM. FORISQ.
S. P. Q. R.

Hanc & plurimas alias per Siglas ſcriptas Inſcriptiones in arcubus triumphalibus nobis exhibet Italus *Filip. de' Roſſi nell Ritratto di Roma Antiza. pag. m.* 177. 178. *ſeqq.* conf. *Joh. Henric. à Pflaumern. Mercur. Ital. pag. m.* 482. & alibi.

§. VIII. Quantam gloriam iſti adepti fuerint, qui portus vel ædificarint vel collapſos reſtituerint, quo naves in illis tutæ eſſe poſſent, patet ex Inſcriptione, quam Senatus populuſque Romanus Trajano tribuit, qui Portus Anconenſis conditor fuit. Erexerunt ei arcum ex uno Parii montis ſaxo integer exciſus. Apparent in fronte ejus ſupra aſpidem NOTÆ ſeu Siglæ literarum, quas æreas & inauratas olim excidiſſe, vel potius extractas fuiſſe crediderimus: Sed NOTÆ ſive veſtigia Siglarum ſunt, indicantque haut obſcure, quis POR-

TUM condiderit, cui arcus ſplendidiſſimus erectus: En hic habes formam earum Siglarum:

IMP. CAESARI DIVI NERV. F. NERV. TRAJANO OPT. AUG. GERMANICO DAC. PONT. MAX. TR. POT. XIX. IMP. IX. COS. VI. P. P. PROVIDENTISSIMO PRINCIPI. S. P. Q. R. QUOD ACCESSUM ITALIÆ EX S. P. PORT. TUTIOREM NAVIGANT. REDDIDERIT.

Quis non videt in hac inſcriptione Siglas ſcriptas? unde colligere poſſumus Siglarum uſum his in rebus frequentatiſſimum fuiſſe. conf. plur. *Barnab. Briſſon. de antiq. form. p.* 728. 729. *ſeq.*

§. IX. Denique ut paucis etiam Siglas carcerum proferamus; inſtar omnium ſit *Carcer Tullianus*, qui tantæ quondam urbi criminoſis ac perditis hominibus coërcendis unus duntaxat ſufficiebat. Primus conditor carceris fuit *Aucus Tullius* Rex, uti prodit Livius, qui de eo ita: *Fecit*, inquit, *Carcerem media urbe imminentem foro ad terrorem increſcentis audaciæ.* Poſtea *Tullius* Rex ſubterraneam ſpecum cavavit, ubi rei tutius cuſtodirentur. Hoc *Tullianum* dictum eſt, ut *Varro* memorat & *Salluſtius*. Pernegat quidem *Rycquius in libello de Capitolio cap.* XLV. Romanum illum non fuiſſe, ſed quem? *Mamertinum* vocat, nec nominis cauſam habet, etſi quidem Carceris conditores, qui hodie inſculpti in fronte leguntur. *Tullianum* verò ſub Capitolio, quà Tiberim ſpectat, locat in ipſo ædis D. Nicolai ſitu, quæ in Carcere Tulliano appellatur, à Sabellorum Palatio diſtans parvo viæ intervallo. Verum hæc mittimus & Inſcriptionem per Siglas luſtramus, quæ ſequens eſt:

C. VIBIUS. C. F. RUFINUS M. COCCEI... M. F. NERVA. COS. EX S. C.



Digitized by Google

# Caput XXXI.

## *De* Siglis *privatis & quidem Sepulchralibus.*

§. I. Hactenus occupati fuimus circa Siglas Publicas, nunc tempus & ordo requirit, ut etiam de privatis agamus & quidem *Sepulchralibus*, Juſti Lipſii veſtigia prementes, qui jure meritoque ad privatas refert, eò, quod ſingulas perſonas concernerent. Quod igitur attinet Epitaphia ſeu Inſcriptiones Sepulchrales, peculiaris methodus in iis obſervabatur: Nam plerumque his Siglis ſolebant Inſcriptionum titulos auſpicari. D. M. S. i. e. *Diis Manibus Sacrum.* vid. *Quenſted. de Sepult. Veter. pag. m.* 305. *edit. Witteb.* 1660. itemque iis res præclare geſtæ, laudes, familia, ætas, conditio, dies obitus continebantur. Interdum quoque cauſa mortis adſcribebatur. vid. cl. *Kirchman. de funeribus Romanor. lib.* 3. *cap.* XIX. *pag. m.* 465. *edit. Brunſv.* 1661.

§. II. Non ſolum Gentilibus Inſcriptiones Sepulchrales uſitatæ fuerunt, quarum magnum numerum congeſſit Vir de re literaria optime meritus *Janus Gruter.* in volumine antiquarum Inſcriptionum; ſed etiam Chriſtianis, quarum collectores fuerunt non pauci Viri docti, uti ſunt *Balthaſaris Mencii inſcriptiones Witteberganſes* & *Hagenmejeri. M. Joh. Gottfried Olearii Camiter. Halo-Saxon. Schirmeri Conditorium Saxon. Simonis Grynai & Groſſii Inſcrip. Helvet. Valentis Arithmai in Anglia. Dedo Richea Theatrum funebre*, quod per varias ſcenas Epitaphia nova antiqua variorum generum exhibet. In his omnibus magnum numerum Siglarum reperiet B. Lector, de quibus jam agere nobiſcum conſtituimus.

§. III. Obſervandum itaque erit, quod has Inſcriptiones factæ fuerint vel ex affectu parentum erga Liberos; vel ex affectu Liberorum erga Parentes, vel ex amore conjugis erga conjugem, vel ex amore erga Patronum, uti veterum Monumenta Sepulchralia ſatis teſtantur, quæ fere nunquam ſine Si-



Digitized by Google

GLIS reperiuntur. Mos etenim antiquitus hic erat, ut conciſis verbis comprehenderent multa; Hinc factum, ut ea per SIGLAS exprimerent, quæ aliàs relatu fuiſſent nimis prolixa. Examinabimus itaque quædam Epitaphia tàm à parentibus liberis erecta, quam à liberis parentibus data, & ea quæ diximus, ſole clariora erunt.

§. IV. Non ſolum autem Romani, ſed etiam Græci morem ſcribendi per SIGLAS diligentiſſime obſervarunt in Epitaphiis. Videbimus quædam & veritas conſtabit. Sit ergo Inſcriptio hæc:

D. M.
SEPTUMI.
PHILOGRAMUS
AELI. LAURI
FIL. PIISSIMO.
V. A. II. M. VIII. D. XVII
ET SIBI, ET DE SE
B. M. Q. Q. L. H. SE.
S. T. T. L.

Et iterum.

HIC EST POSITA URSA VIRGO
TOTIUS BONITATIS, QUÆ
VIXIT ANN. XIII. M. V. D. V.
IN MARI. H. M. SS. E. H. N. S
IN. F. P. XII. IN AGR. P. XII.

Si itaque aliquis has Inſcriptiones conſpexerit, qui plane nullam SIGLARUM notitiam comparatam habet, ille nullum plane ſenſum eliciet, quem tamen dabimus hoc modo:

*Diis Manibus*
*Septuminus Philogramus*
*Ælius Lauri*
*Filio piiſſimo.*
*Vixit annos* II. *Menſes* VIII. *Dies* XVII
*& ſibi & de ſe bene merito*

*Quo-*

*Quoquovorſum latitudo huic ſepulcro.*
*Sit tibi terra levis.*

Ita in altero Siglæ ſic explicantur:

Hic eſt poſita —— —— &c.
*Qua vixit Annos* XIIII. *Menſes* V. *Dies* V.
*In mari hoc monumentum ſive ſepulcrum exteros hæredes non ſequetur. In fronte pedes* XII. *in Agro pedes.* XII.

Harum Inſcriptionum numerus per Siglas ſcriptarum reperitur in monumentis ſepulchralibus, quæ Lectoribus ſæpe magnas moleſtias creant.

§. V. Diximus in præcedentibus, quod etiam Græci in Epitaphiis per Siglas ſcribendi modo uſi fuerint, à quibus forſan Romani mutuo acceperunt. Sit ergo

Θ Φ Κ
Τ. Φ Λ. Κ Ο Λ Ω Ν
ΓΡΑΤΙΜΗ. ΘΥ Ι̅
ΑΙΡΙ. ΦΙΛΤΑ
ΤΗ. ΕΤ Θ̅. Μ. Ι
Η Μ. Ι̅Β̅.

Et ejuſmodi Græcæ Inſcriptiones apud Spon. in Miſcell. marmor-Arundinell. Gruterum, Reineſium alioſque ſæpiſſime occurrunt. Ita etiam Siglæ in Epitaphiis, quæ *Liberi* Parentibus chariſſimis erigebant inveniuntur, uti cognoſcitur ex ſequentibus:

D. M.
CAJO. BASSENIO ONESIMO PATRI
ET BASSENIÆ. PIÆ. SORORI
C. BASSENIUS FELIX. ET
FLAVIA. NICE. MATER
FECERUNT. LIB. LIB. Q.
POSTERISQ. EORUM
H. M. H. N. S.
P. IN AGR. XXI.



Digitized by Google

Obſervandum autem eſt, quod, quando in Inſcriptionibus hæ Siglæ videntur I. A. P. Q. V. exponendæ ſint: *In Agro pedes quadrati quatuor & dimidium.* Ita P Q xv. pedes quadrati quindecim. P. Q. X. Pedes quadrati decem. Interdum in Inſcriptionibus litteræ permutabantur.

IN. CE. NUS
CAI. UC. m. N.
IXXV. CAJUS
APOAODO.
PO. PP. CAR.

Quas Siglas ita exponimus.

*Ingenuus*
*Cajanus:* 7. XII
VICXIT ANNOS. CAJUS
*Apolodorus*
*poſuerunt, Pro pietate, vel parentibus chariſſimis*

§. VI. Nec deſunt Epitaphia à Conjugibus invicem ſeſe erecta, quæ variis Siglis conſpicienda occurrunt, uti ex hoc Monumento clare cognoſcitur:.

D. M.
M. APRONIO MUSONO
ANTONIA TRIPHAENA.
MONUMENTUM F.
CONJUGI. B. M. CUM Q. V. AN. XXXX
ET SIBI ET S. L. L. P. Q. E.

Hic Sigla F. ſignificat: *fecit.* B. M. Beatæ memoriæ. Q. V. cum quo vixit. Ultimæ Siglæ autem S. L. L. P. Q. E. denotant, *ſuis liberis lubens paſuitque erexit.* Similiter Fratres & Sorores affectus cauſa monumenta erigebant.

FECIT
VALERIA ISIAS

FRA-

Digitized by Google

FRATRI PRISCINO
QUI VIXIT MECUM
P. M. ANN. XXXV.
item
D. M.
P. MALIO FYRMINO
VIX. AN. XXIV
M. III. D. XXVII
P. MALIUS MAXIMUS
FRATRI
B. M. FECIT.

§. VII. Cum itaque ex his prolatis exemplis conſtet, Siglarum uſum in Inſcriptionibus ſepulchralibus & iis rebus, de quibus per aliquot capita pluribus ſermonem fecimus frequentiſſimum eſſe; & noſtrarum partium non ſit, omnes Inſcriptiones cum Siglis in ſpecie recenſere, quia opus aliàs nimis creſceret; Itaque nobiſcum conſtituimus in compendio præcedentium rerum Siglas proponere, ut ſi qua Sigla in publicis templis, Scholis, portis, & monumentis occurrant, Lectores aliquam notitiam ex illo haurire poſſint. Conteximus itaque ex Variis Inſcriptionum libris Siglarum Catalogum Alphabeticum, quô intellectô, ferè paucæ erunt Siglæ, quæ non reſolvi poterunt. Utere hoc B. Lector feliciſſime.

# CATALOGUS SIGLARUM

quæ in

# ANTIQUIS INSCRIPTIONIBUS ET MONUMENTIS OCCURRUNT,

quarum adminiculo aliquis facile ad genuinum ſenſum pervenire poteſt.

## A.

*A ſeu AN. Annum, Anno, Annos paſſim.*

*A. Aulus Prænomen.*

*A. Ædilis*

*AA. Aquis Apponis, vel Apollini Auguſto.*

*A. A. A. F. F. Auro, argento, ære flando feriundo.*

*A. A. S. E. V. Alter Ambove ſi eis videbitur. nimirum Conſulum.*

*A. D. A. Ad Dandos vel Dividendos agros.*

*A D. M. Ad diem Maji. vel ad dictum modum*

*A. F. Auli filius.*

*A. F. Ara facta.*

*A. F. A. N. Auli filius Auli nepos*

*A. L. Auli libertus*

*A. L. Animo libens*

*A. L. F. Animo libens fecit.*

*A. M. XX. ad miliare viceſimum.*

*A. M. SACRIS a Municipalibus ſacris*

*AD. KALEND. Ad Kalendas vel Adjutor Kalendarii*

*A. O. F. C. Amico optimo faciundum curavit.*

*A. P. Ædilitia poteſtate*

*A. P. M. Annorum plus minus.*

*A. P. R. C. Anno poſt Romam conditam*

*A. P. U. C. Anno poſt Urbem conditam.*

*A. P. R. Anno poſt Reges.*

*A. R. A recta, vel A ripa.*

*A. R. A. MIL. FRU. A rationibus militaris frumenti*

*A. S. S. à ſacris ſcriniis, vel Aram ſuo ſumptu.*

*A. T. U. Amici titulo uſi*

AB.

*AB. AUG. M. P. ab Auguſta millia paſſuum*

*AB. V. C. Ab Urbe condita*

*ABD. Abdicavit.*

*ABN. ABN. Abnepos.*

*AD. AUGUST. TEMP. C. P. Ad Auguſtale temperamentum comprobatum pondus.*

*ADIAB. Adiabenicus. In titulis Imperat. Severi.*

*ADN. Adnepos.*

*A. DQ. adquieſcit*

*ADTR. JUD. Adtributus Judicio.*

*AED. AID. Ædilis*

*AED. CUR. Ædilis Curulis.*

*Æ. Q. P. Ædilis, Quæſtor Prætor vel Quæſtor Provinciæ*

*Æ. DESIG. Ædilis deſignatus*

*ÆD. POTEST. Ædilitia poteſtas.*

*ÆD. PL. Ædilis plebis*

*AEL. Ælius.*

*AEM. & AIM. Æmilia & Æmilia Tribus.*

*AER. Aerum, ſtipendior.*

*AGRIP. Agrippa prænomen.*

*A. L. V. S. Animo libens votum ſolvit.*

*AL. Alumnus.*

*AL. Æ. I. PR. C. R. Ala prima Prætoria civium Romanorum.*

*ALL. Allectus.*

*A. M. P. Ala Macedonia prima*

*AM. P. Amator patriæ*

*AN.* vel *ANI. Anienſi Tribu.*

*AN. V. P. M. II. Annos vixit plus minus* II.

*AP. Appius prænomen Claudior.*

*APP. E. appellatus eſt*

*A. P. a Prætorio*

*A. P. F. argento publico feriendo it. Aram ponere fecit.*

*A. Q. a Qura* vel *Cura*

*AQ. PRAET. URB. Aquilifer Prætorii Urbis*

*AQU. AD. M. Aquarum ad Miniciam*

*A. R. a rationibus*

*ARG. P. X. Argenti pondo decem.*

*ARK. RET. P. Arca retro poſita*

*AR. V. V. D. D. Aram votam volens dedicavit.*

*ARN. Arnienſi Tribu*

*AV. Auguſtus*

*AUG. L. Auguſti libertus.*

*AUGG. Auguſti duo.*

*AUGGG. Auguſti tres.*

*AUG. N. V. Auguſti noſtri Verna.*

*AUG. P. Auguſti puer.*

*AUG. ET. Q. AUG. Auguſtalis & Quæſtor Auguſtalium*

*AUGUST. ET POP. Auguſtalis & populus.*

*AUR. Aurelius.*

*AUSP. S. Auſpicante ſacrum*

*A. S. P. P. Aram ſua pecunia poſuit.*

## B.

*B. Berna ſive Verna.*
*B. Bonus, Vivus.*
*B. Beneficiarius*
*B. Bixit, vixit*
*B. B. Bene, Bene i. e. optime*
*B. B. Bonis Bonis i. e. optimis.*
*B. D. Bona Dea.*
*B. COS. Beneficiarius Conſulis.*
*B. D. D. Bonis Diis deabus*
*B. D. S. M. bene de ſe merenti.*
*B. F. beneficiarius.*
*B. F. A. Bonis furnis aratro junctis. it. bona fœmina alba.*
*BF. COS. Beneficiarius Conſulis.*
*BF. PR. Beneficiarius Prætoris.*
*B. G. POS. Biga gratis poſita*
*B. M. Bonum marem*
*B. M. Beatæ memoriæ*
*B. M. Bene merenti*
*BN. M. Bene merito*
*B. M. F. Bene merenti fecit.*
*B. M. F. C. Bene merenti faciundum curavit.*
*B. N. M. Bene merita*
*B. N. M. F. Bene merenti fecit.*
*B. P. D. Bono publico dedit*
*B. PR. Beneficiarius Prætoris ſeu Præfecti*
*B. R. P. Bono Reipublicæ*
*B. TRIB. Beneficiarius Tribuni.*
*BEN. Beneficiarius.*
*BRIT. Britannicus.*
*B. TE. Bene valete*
*BRIX. Brixia vel Brixiani.*

## C.

*C. Centurio, civitas, civis, Coccejus, Colonia.*
*CO. Correctur.*
*C. Cohors.*
*C. Conjux.*
*C. Conſulibus*
*C. A. A. M. Colonia Ælia Auguſta Mercurialis*
*C. B. Civis bonus.*
*C. B. Conjugi bonæ*
*C. B. Conjugi bene merenti*
*C. B. Colonia Bononia.*
*C. C. Cum cultu*
*C. C. Curator Civium.*
*C. C. Curia conſulto.*
*C. C. A. Colonia Cæſarea Auguſta.*
*C. C. C. Calumniæ cavendæ cauſa.*
*C. C. C. AUG. LUGD. Colonia Copia Claudia Aug. Lugdun.*
*C. C. COL. LUGD. Claudia copia Colon. Lugd.*
*C. C. D. Curatum Conſulto Decurionum.*
*C. C. M. M. Collegium Centonariorum Municipii Mevaniolæ*
*C. C. M. S. Collegium Centonariorum Municipii Saſſinatium*
*C. C. M. R. Colleg. Centonar. Municipii Ravennat.*

C. C.

*C. C. S. Curatum communi ſumptu.* vel, *Curarunt Cives Saſſinates.*

*C. C. V. V. Calator Curiatus Virginum Veſtalium*

*C. C. V V. Clariſſimi Viri*

*C. F. Clariſſima fæmina*

*C. F. C. N. Caji filius Caji nepos.*

*C. I. O. N. B. M. F. Civium illius omnium nomine bene merenti fecit.*

*C. J. P. A. Colonia Julia Paterna Arelate*

*C. J. P. C. N. M. Colonia Julia Paterna Claudia Narbenſis Martia.*

*C. J. P. N. M. Colonia Julia Paterna Narbonenſis Martia.*

*C. K. L. C. S. L. F. C. Conjugi Kariſſimæ loco conceſſo ſibi libenter fieri curavit.*

*C. L. Caji libertus*

*C. M. F. Curavit monumentum fieri.*

*C. N. Caji Nepos.*

*C. P. Cum Prætorio.*

*C. Q. Cum Quæſtore.*

*C. Q. R. Cum Quæſtore Regis vel Romano.*

*C. R. Civis Romanus.*

*C. R. Curarunt refici.*

*C. S. Cum Suis.*

*C. SUM. Communi ſumptu vel choragii ſummi*

*C. S. F. Communi ſumptu fecit, factum.*

*C. S. H. Communi ſumptu heredum. Conceſſu ſuorum heredum.*

*C. S. H. S. S. S. V. T. L. Communi ſepulchro hic ſiti ſunt. ſit vobis terra levis.*

*C. V. Clariſſimus vir.*

*C. V. Colonia Viennenſis.*

*C. V. P. V. D. D. Communi voluntate publice votum dedicârunt.*

*C. U. T. Curavit uſus titulo.*

*CAES. Cæſar*

*CAESS. duo Cæſares.*

*CAESSS. tres Cæſares.*

*CAM. Camillia ſeu Camillina Tribus.*

*CAP. Capitalis.*

*CES. Cenſores.*

*CEN. Centurio.*

*CENT. Centurio*

*CENS. Cenſores.*

*CI. Circiter.*

*CL. Claudius. Claudia.*

*CL. Claudia, Colonia.*

*CL. CEL. Claudia Celcia.*

*CL. VIR. Clariſſimus Vir.*

*CLA. Claudia Tribus*

*CLASS. PR. MIS. Claſſis Prætoria Miſenenſis*

*C. P. Clariſſimus puer*

*C. P. R. B. R. Comparaverunt.*

*C. P. R. Cui præeſt*

*C. SUOB. Cum ſuo Viro.*

*C. S. A. Contra Senatus autoritatem*

*C. S. P. T. M. Conjugi ſuo poſuit titulum merito*

C.

*C. S. H. Cum Semi-hora*
*C. S. P. Circa ſuum prædium*
*C. V. P. V. D. D. Conſul Ordinarius (V pro O ponitur) Præfectus Urbi Dedicavit.*
*C. V. Q. D. Civitatis Viterbii Quinquennalis Decurio.*
*CN. Cnæus.*
*CN. F. Cnæi filius*
*CN. N. Cnæi nepos.*
*CN. LO. Cneo Lollio.*
*CLV. Cluſtumina Tribus*
*CO. Conjux.*
*COL. Collina Tribus*
*COL. Collega.*
*COL. JUL. Colonia Julia.*
*COL. NAR. Colonia Narnienſ.*
*COL. FABR. Collegium Fabrum.*
*COM. Comparatum*
*COM. DOM. Comes Domeſticorum.*
*COM. HAB. C. Comitiorum habendorum cauſa.*
*CON. P. S. Conſularis Provinciæ Siciliæ.*
*CON. SOL. D. Condendo ſolum dedit.*
*CON. V. PRO. Conjugi viro probo*
*CONI. Conjugi.*
*CONT. ∞. C. R. Contariorum miliaria Civium Romanorum.*
*COR. Corpus.*
*COR. Cornelia Tribus*
*COR. TR. Cornicularius Tribuni.*
*CORR. FLAM. Corrector Flaminiæ.*
*CORR. MI. ET. AL. SEN. U. S. Corrector Miniciæ & alimentor Seniorum Urbis ſacræ.*
*COS. Conſul.*
*COS. DES. Conſul deſignatus.*
*COS. & COSS. Conſules*
*COS. & CONS. Conſularis*
*CUI PR. Q. ER. Cui præeſt Q. Erucius.*
*CUNC. Conjunx.*
*CUR. COL. Curator Coloniæ*
*CUR. P. P. Curator pecuniæ publicæ*
*CUR. R. Curator Reipubl.*
*CUR. R. PIS. ET FAN. Curator Reip. Piſaurienſium & Faneſtrium.*
*CUR. RESI. Curator Reſiduorum.*
*CUR. VIAR. Curator Viarum.*

## D.

*D. Decimus Prænom.*
*D. Deo.*
*D. Decurio in Collegio*
*D. Decuria.*
*D. Depoſita.*
*D. Domus.*
D *vel* D. *domo Ablat.*
*D. A. Dies Artificialis.*
*D. BAL. Decurio Baliſtariorum*

D.

Digitized by Google

D. C. *Decurio Coloniæ*
D. C. D. *Decuriones Coloniæ Dertoſæ.*
D. S. B. M. *De ſe bene merenti*
D. D. *Dono dat.* vel *dedit.* aut *donum dedit*
D. D. *Deæ Dii.*
D. D. *Decreto Decurionum.*
D. D. D *Dono dedit donum.*
D. E. *Defunctus eſt.*
D. D. D. *Datum Decreto Decurionum.*
D. D. J. J. M. *Dedicavit juſſus jure merito.*
D. D. J. M. *Donum dedit jure merito.*
D. D. O. *Diis Deabus omnibus.*
D. E. M. *Dei ejuſdem monitu.*
D. F. *Decimi filius.*
D. F. D. I. P. *Decurionum fide dividenda in publico.*
D. I. M. S. *Deo invicto Mithræ Sacrum.*
D. L. *Decimi Libertus.*
D. L. D. *Dedit Liberis.*
D. M. *divino monitu*
D. M. *Deo magno.*
D. M. *Diis magnis*
D. M. *Diis Manibus.*
Δ. M. *Diis Manibus.*
Δ. Δ. *loco punctorum.*
D. M. S. *Diis Manibus Sacrum.*
D. M. *Dulciſſi Ma.*
D. M. *Dolo malo.*
D. M. A. *Dolus malus abeſt.*
D. M. V. *Diis Manibus votum*
D. N. *Decimi nepos.*
D. N. & $\overline{DN}$. *Dominus noſter*
D. N. M. Q. E. *Devotus numini Majeſtatique ejus.*
D. O. M. *Deo optimo Maximo.*
D. P. *Diis publicis.*
D. P. *Domino poſuit.*
D. P. P. D. D. *De propria pecunia dedicarunt.*
D. S. B. M. *De ſe bene merito.*
D. S. D. *de ſuo dedit.*
D. S. D. D. *de ſuo donum dedit.*
D. S. I. F. *de ſua impenſa fecit.*
D. S. I. P. C. *De ſua impenſa ponendum curavit.*
D. S. I. S. L. M. *De ſua impenſa ſolvit lubens meritoque.*
D. S. P. *De ſuo poſui. De ſua pecunia.*
D. S. P. F. C. *De ſua pecunia faciendum curavit.*
D. S. P. P. *De ſua pecunia poſuit.*
D. S. P. V. J. S. L. M. *De ſua pecunia votum jure ſolvit lubens merito.*
D. S. S. *De ſuo ſumptu.*
D. V. *Devota Virgo.*
$\overline{DCRM}$. *Decurionum.*
DD. NN. *Domini noſtri.*
DE. *Defunctus.*

*DE. VIC. S. De Vicanorum ſententia.*
*DEC. Decurio.*
*DEC. C. C. COL. AUG. LUG. Decurio Collegii Centenar. Coloniæ Auguſt. Lugdunenſ.*
*DEC. II. Q. I. Decurio bis Quæſtor ſemel*
*DEC. ORN. Decurioni ornatè,* aut *Decurionalibus ornamentis.*
*DEDD. Dedicavit*
*DEF. Defricator.*
*DEO NEM. Deo Nemauſo.*
*DES. Deſignatus*
*DICT. Dictator.*
*DIS. diſciplinatus eſt.*
*D. P. P. Deo pollenti*
*D. R. S. de Reditibus ſuis.*
*D. S. De ſuo*
*D. S. D. De ſuo donat*
*D. T. Duntaxat*
*DP. Depoſitus.*
*DUC. DUC. Duce ducenario.*

E.

*E.* nota Centurionis
*E. Erbonius.*
*E. Ergo.*
*E. Exacto.*
*E. Erexit. Expreſſum.*
*E. CUR. Erigi curavit.*
*E. F. Egregia fœmina.*
*E. M. V. Egregiæ memoriæ vir.*
*E. P. e precio.*
*E. S. e ſuo.*
*E. R. E. V. E Republ. eſſe videtur.*
*E. T. Ex teſtamento*
*E. T. F. I. S. Ex teſtamento fieri juſſit ſibi.*
*EG. Erga.*
*EM. Emeritus.*
*E. D. D. F. F. I. Q. P. Ex Decreto Decurionum fieri fecit itemque probavit.*
*EQ. AUG. N. Eques Auguſti noſtri.*
*EQ. PUB. Equo* vel *Equiti publico.*
*EQ. PUB. Eques* vel *Equus Publicus.*
*EQ. R. EQ. ROM. Eques Romanus*
*ER. LEG. Erogatori Legionis.*
*ESQ. Eſquilina Tribus*
*EX. A. D. C. A. Ex authoritate Divi Cæſaris Auguſti*
*EX. AUC. Q. JUN. RUS. PR. UR. Ex autoritate Q. Jun. Ruſtici Prætoris Urbani.*
*EX B. S. Ex bonis ſuis.*
*EX. C. C. Ex conſenſu Civitatis.*
*EX D. D. Ex Decreto Decurionum.*
*EX D. D. F. F. I. Q. P. Ex Decreto Decurionum fieri fecit itemque probavit.*
*EX. DEC. DEC. MUN. MAL. Ex Decreto Decurionum Municipii Malacenſis*
*EX. D. ORD. Ex decreto ordinis.*
*EX FIG. Ex figlina ſive figulina.*

EX

EXPR. *Ex præcepto* vel *prædio.*

EX S. C. *Ex Senatus conſulto.*

EX. S. C. TERMIN. *Ex Senatus Conſulto terminaverunt.*

EX TT. SS. HH. *Ex teſtamentis ſupra Scriptorum heredum.*

EX. V. *Ex voto*, vel *ex viſu*

EX V. P. *Ex voto poſuit.*

EX VIS. *Ex ſexſemiſſis pondo*

EX HS. N. CC. L. D. XL. *Ex Seſtertiorum nummorum ducentis quinquaginta millib. quingentis quadraginta.*

EXEMPL. DECR. Q. F. *Exemplum Decreti quondam facti*, vel *quod factum.*

EXERCITA. N. *Exercitatori numeri i. e. Legionis*

EXQ. *Exquilina Tribus.*

EX. TM. *Ex teſtamento.*

F.

F. *Flamen.*

F. *Filius, filia*

F. *fecit.*

F. *Flavius. Flavia.*

F. *Fundus.*

F. VI. D. S. E. *Filius ſex dierum ſitus* vel *ſepultus eſt.*

Ⅎ pro V. ℲIXIT. *vixit.*

F. C. *faciundum curavit*, vel *facere curavit.*

F. C. *felix Conſtans*

F. D. M. *fecit Diis Manibus.*

F. F. Ↄ. L. *fecerunt Caja liberi* vel *fieri fecit Caja libertus.*

F. F. P. P. F. F. *Fortiſſimi, piiſſimi, feliciſſimi* vel *feliciſſimi fortiſſimi Principis filio* : vel *florentiſſimi patris patriæ filio.*

F. F. Ↄ. L. *filiorum duorum Caja Libert.*

F. H. F. *fieri heredes fecerunt.*

F. J. *fieri Juſſit aut fieri inſtituit.*

F. J. A. *Felicitas Jul. Auguſta*

F. J. D. P. S. *fieri juſſit de pecunia ſua*

F. L. L. P. *Fecit libentiſſime pecunia*

F. P. *Fortuna publica.*

F. V. S. *Fecit Voto ſuſcepto*

FAB. *Fabia Trib.*

FABR. *Fabrum*

FAL. *Falerina Trib.*

FEC. *fecit, fecerunt*

FEC. *fecialis*

FER. LAT. C. *Feriarum Latinarum cauſa*

FIG. *Figlina* vel *Figulina*

FIN. POMER. TERMIN. *fines pomerii terminarunt.*

FL. *Flavius, Flavia*

FL. DIVI. *Flamen Divi*

FL. DIVI. TIT. *Flamen Divi Titi.*

FL. DIAL. *Flamen Dialis.*

FL. MART. *Flamen Martialis.*

FLAM. P. H. C. P: H. C. *Flamini Provinciæ Hiſpaniæ citerioris. Provincia Hiſpanica citerior.*

*FOR. COR. Forum Corneji.*
*FR. Frumentarius*
*FR. D. Frumenti dandi*
*FVL. Fulvius.*

G.

*G. F. Gemina fidelis.*
*G. M. V. Gemina, Minerva, Victrix.*
*G. P. F. Gemina pia, fidelis,*
*GAL. Galeria.*
*GEM. Gemina*
*GER. Germanicus*
*GER. P. Germania Provincia.*
*CS. Cajus.*

H.

*H. Heres.*
*H. habet*
*H. honorem.*
*H. A. F. C. Hanc aram faciendam curavit.*
*H. AQ. Hic acquieſcit*
*H. A. C. Heredes amico curarunt.*
*H. A. C. F. C. Heredes ære communi faciundum curavêre.*
*H. ARA. H. N. S. Hæc ara heredes non ſequetur.*
*H. A. I. R. Honore accepto impenſam remiſit*
*H. B. Homo bonus*
*H. B. M. F. C. Heres bene merenti faciundum curavit.*
*H. C. Heres curavit*
*IN. H. C. D. In honorem collegii dedit*
*H. C. D. D. Huic Collegio dedicarunt.*
*H. E. E. T. F. C. Heredes ejus ex Teſtamento fieri curarunt.*
*H. ET. LIB. Heredes & Liberti.*
*H. F. S. C. A. Heredes fecerunt ſumtu communi aram.*
*H. H. P. P. Hiſpaniar. Provinciarum duarum*
*H. J. I. Heres juſſu illorum*
*H. L. R. Hanc Legem rogatam.*
*H. M. D. A. Huic monumento dolus abeſt.*
*H. M. D. M. A. Huic monumento dolus malus abeſt.*
*H. M. E. Homini memoria egregia.*
*H. M. EXT. N. R. Hoc monumentum exteros non recipit.*
*H. M. G. N. S. Hoc monumentum Gentiles non ſequitur.*
*H. L. S. H. N. S. Hunc locum ſcripti heredes non ſequuntur.*
*H. M. H. N. S. Hoc monumentum heredes non ſequitur.*
*H. M. H. E. N. S. Hoc monumentum Exteros non ſequitur.*
*H. M. H. S. hoc monumentum heredes ſequitur.*
*H. M. M. H. M. N. S. F. Humanitatis mala metuens hoc monumentum nomine ſuo fecit.*
*H. M. P. Hoc monumentum poſuit.*



Digitized by Google

*H. M. S. S. E. H. N. S. Hoc monumentum ſive ſepulcrum exteros heredes non ſequetur.*

*H. R. I. R. Honore recepto impenſam remiſit.*

*H. S. E. Hic ſitus eſt.*

*H. S. E. S. T. T. L. Hic ſitus eſt. Sit tibi terra levis.*

*H. S. F. Hoc ſolus fecit.*

*H. S. F. L. S. P. D. D. D. Hoc ſibi fecit. Locus Sepulturæ permiſſus Decreto Decurionum.*

*H. T. F. Hunc titulum fecit.*

*H. S. S. Hic ſiti ſunt.*

*H. S. T. N. E. Huic Sepulcro titulus non eſt.*

*H. T. V. P. Hunc titulum vivus poſuit.* vel *Heredes titulo uſi poſuêre.*

*H. V. Hiſpania utrinſque*

*H. V. Honore uſi.*

*H. V. HIC. hic vivit hic.*

*H. V. S. R. Honore uſus ſumptum remiſit.*

*HERED. EXT. F. C. Heredes ex teſtamento fieri curarunt.*

*HON. USUS honore uſus.*

*HOR. Horatia Trib.*

*H. O. V. F. F. D. S. E. M. M. C. S. Hic ollas Quinque filiis de ſuo emit Monumentumque merenti conjugi ſuæ.*

**I.**

*I. Semel.*

*I. Imperator*

*Ī. prima, maxima Sororum.*

*J. C. Judex Cognitionum.*

*I. A. P. Q. ✠. Incomparabili, amantiſſimæ præſtantique virtute.*

*J. D. Juſſu Dei.*

*J. D. juri dicundo.*

*J. D. N. CIV. Judex delegatus nomine Civium.*

*J. F. juſſu fecit.*

*Ī I VOTA. iterum vota.*

*Ī I M. Iteratus Miles.*

*II. Secundus. agnomen.*

*Ī I VIR. Duumvir.*

*I-I VIR. Duumvir.*

*II. V. DD. Duumviris dedicantibus.*

*Ī I VIR. J. D. Duumvir jure dicundo*

*III. F. Tertio filio*

*ĪĪĪ VIR. Triumvir.*

*ĪĪĪ VIR. A. A. A. F. F. Triumvir auro argento ære flando feriundo.*

*ĪĪĪ VIR RP. C. Triumvir Reipubl. conſtituendæ*

*IV. Quarta. agnomen*

*IV VIR. Quatuor-Vir.*

*IĪĪI VIR. J. D. Quatuor-Vir jure dicundo.*

*IĪĪI VIR. A. P. Quatuor-Vir ædilitia poteſtate.*

*VI VIR. Sexvir-Sevir.*

*IĪĪĪĪI VIR. AUG. Sexvir Auguſtalis.*

*I. L. F. Illius Liberta fecit.*

*J. L. H. Jus liberorum habens.*



Digitized by Google

*J. O. M.* Jovi Optimo Maximo.

*J. O. M. D.* Jovi Optimo Maximo dedicatum.

*J. O. M. H. AUG.* Jovi Optimo Maximo Honori Auguſt.

*J. O. M. D. J.* Jovis Optimi Maximi divino juſſu.

*J. P. N. M. P. XV.* Julia Paterna Narbon. Martia Ped. XV.

*I. Q. P.* Idemque probavit.

*J. R.* Junoni Reginæ

*J. S. C.* Judex ſacrarum cognitionum.

*I. S. S.* Infra ſcripta ſunt

*I. S. V. P.* Impenſa ſua vivus poſuit.

*I. V. E. E. R. P. F. S. V. C.* Ita ut eis e Republ. fideve ſua videbitur, cenſuere.

*ID.* Iduariis.

*ID. QUOT. D. F. H. S. C.* Idem quotannis det Fiſco Seſtertios centum.

*IM. S.* Impenſa ſua.

*IMM. II. HON. IV.* Immunis iterum, honoratus quartum.

*IMM. A. IV.* Immunis annos quatuor.

*IMP.* Imperator.

*IMP. COM. AUG.* Impenſa communi Auguſtal.

*IMP. IM.* Imperio ipſarum

*IMP. N.* Imperator noſter.

*IMPP.* Imperatores duo

*IMPPP.* Imperatores tres.

*IN. AG. P. X.* In agro pedes decem

*IN AGR.* in agro.

*IN E. L. F. E.* In ejus locum factus eſt.

*IN. FR. P. IIX.* in fronte pedes VIII.

*IN H. D. D.* In honorem Deorum vel in honorem Domus divinæ.

*IN H. H.* In hoc honore.

*IN H. L. S. E.* In hac lege ſcriptum eſt.

*IN. H. M.* In hoc Magiſtratu.

*IN. H. T. SUNT. COM. OR. H. S.* In hoc titulo ſunt comprehenſa ornamenta hujus ſepulchri.

*IN. M. M.* In Magiſtratu mortuus eſt.

*IN. M. O. E.* In Magiſtratu occiſus eſt.

*IN. SING. H.* In Singulos homines.

*IN. TUT.* In tutelam.

*IN. V. I. S.* Illuſtris vir infra ſcriptus.

*INC.* Incolæ.

*IND.* Indictione.

*INF. AER. PP. R.* Inferat ærario populi Romani.

*IN H.* In honorem.

*INL.* Inluſtris.

*IT.* iterum.

*JUL.* Julius.

*JUL. P. AREL.* Julia paterna Arelate.

*I. O.* in opus.

*I. S. V. P. In ſuo vivi poſuerunt.*

## K.

*K. Kaja, Caja.*
*K. Kaeſo pranom. Fabior.*
*K. Caſa,*
*K. Kalendæ*
*K.* Θ καταχθονίοις Θεοῖς.
*Ʞ.* vel Ɔ. *Caja*
*K. F. Kaſonis filius*
*K. N. Kaſonis Nepos.*
*KAL. Kalendæ.*
*KARC. Carceris.*
*K. K. Kariſſimæ.*

## L.

*L. Seſtertius nummus*
*L. Lycia.*
*L. Legio*
*L. Longum*
*L. Luſtrum*
*L. Lucius.*
*L. A. Libens animo.*
*L. C. Locus conceſſus,* vel *loco conceſſo.*
*L. D. Larum divinorum i. e. domus divinæ.*
*L. D. D. C. Locus datus decreto Collegii*
*L. D. D. D. Locus datus decreto Decurionum.*
*L.* Ɔ. Ɔ. Ɔ ——— ———
*L. D. P. Locus datus publice*
*L. D. S. Libens de ſuo.*
*L. D. S. C. Locus datus Senatus Conſulto aut ſententia Collegii*
*L. E. LI. M. C. S. lubens & libens merito cum Senatu.* vel *ſuis.*
*L. F. Lucii filius.*
*L. F. L. N. Lucii filius Lucii nepos.*
*L. H. L. D. locus hic liber datus.*
*L. IIIV. D. P. S. locus Triumvirum decreto publice ſumptus*
*L. L. Lucii Libertus.*
*L. L. Laurentum Lavinatum.*
*L. D. D. PA. Locus dato decreto patrum*
ʎʎ. *pro LL.*
*L. L. L. Duorum Luciorum Libertus.*
*L. L. L. P. O. M. S. Liberis, Libertis, Libertabus, poſteris omnibus monumento ſcriptorum.*
*L. L. M. lubentiſſime merito*
*L. L. P. E. Libertis, Libertabus poſteris eorum.*
*L. M. D, Lubens merito dedi.* vel *locum monumenti dedit.*
*L. N. Librarius Notarius.*
*L. P. libens poſuit.*
*L. P. C. D. D. Locus publicè conceſſus Decreto Decurionum.*
*L. P. V. LAT. P. III. Longum pedes quinque latum pedes tres.*
*L. S. libens ſolvit.*
*L. S. A. Lucius, Sextius Aurelius.*

*L. S.*

*L. S. M. C. Locum ſibi monumento capit.*

*L. V. S. locum viva ſibi*

*L. xx. N. P. Seſtert. vigint. millia nummûm pendit*

*LEG. Legatus.*

*LEG. Legio.*

*LEG. AUG. Legatus Auguſti.*

*LEG. AUG. PR. PR. Legatus Auguſti Pro-pratore.*

*LEG. GR. V. Legatus gratuito quinquies*

*LEG. II. TR. FOR. Legio ſecunda Trajana.*

*LEG. PROV. Legato Provinciæ.*

*LEG. S. S. Legionis ſupra ſcripta*

*LEG. V. M. P. C. Legione quinta Macedonica pia conſtante.*

*LEG. VII. CL. GEM. P. FIDEL. Legione ſeptima Claudia Gemina pia fideli*

*LEM. Lemonia tribu.*

*LI. Lucii.*

*LIB. LIB. Q. POST. Q. E. Libertis Libertabus Poſteriſque eorum.*

*LOC. D. EX. D. D. Locus datus ex decreto Decurionum.*

*ᴧ. ᴧ. pro LL. Libentiſſime*

M.

*M. Magiſter.*

*M. Mater.*

*M. Marcus.*

*M. Monumentum.*

*M. Memoria*

*M. Manibus*

*M. Marmorea.*

*M. A. A. Municipium Alba Auguſta*

*M. A. G. S. Memor animo grato ſolvit.*

*M. B. Municipii Bergomatum*

*M. COH. Miles cohortis*

*M. C. D. Memoria cauſa datum*

*M. C. P. M. RENO. CYR. Memoria cauſa poſuit M. Reno Cyrenenſi*

*M. D. Militum Dacorum.*

*M. D. M. I. Magna Deum Matri Idææ.*

*M. E. Monumentum* vel *memoriam erexit.*

*M. F. Marci filius*

*M. F. Municipalibus functus*

*M. F. C. Monumentum* vel *memoriam fieri curavit.*

*M. F. M. N. Marci filius Marci Nepos*

*M. J. F. PETIT. Militia jus filiis petitori.*

*M. J. V. Marcus, Julius Valerius.*

*M. L. Marci Libertus.*

*M. L. Miles Legionis.*

*M. M. Meritiſſimo*

*M. M. Municipium Mediolanenſe*

*M. M. L. Marcorum duorum libertus*

*M. M. M. LIB. Marcorum trium Libertus.*

*M. M.*

Digitized by Google

*M. M. & ʒ. L. Marcorum duorum & Caja libertus.*
*M. N. Marci Nepos.*
*M. N. Millia nummûm.*
*M. P. II. Millia paſſuum duo.*
*M. P. V. Millia paſſuum quinque.*
*M. P. XI. Millia paſſuum undecim.*
*M. R. Municipium Ravennatium*
*M. S. Myſia ſuperior*
*M. S. B. M. Magiſtro ſuo benè merenti.*
*M. S. D. D. Municipes ſui Decreto Decurion.*
*M. V. M. Marcus Valer. Maximus.*
*M. Marius prænomen*
*M. F. Manii filius.*
*M. L. Manii Libertus.*
*M. N. Manii Nepos.*
*MA. Maſſiliam*
*MACH. F. P. Machinarii fori piſtorii.*
*MAG. Magiſter.*
*MAG. EQ. Magiſter Equitum*
*MAG. ET DECUR. Magiſtris & Decurionibus.*
*MAG. QUINQ. COLL. FABR. TIG. Magiſter Quinquennalitius Collegii Fabrûm Tignariorum.*
*MAR. Marmorea.*
*MERC. AUG. Mercurio Auguſto*
*MERU. Meruit.*
*MIL. Miles, militavit.*
*MIL. CL. PR. RA. Miles claſſis prætoria Ravennat.*
*MIL. IN COHOR. Militavit in Coborte.*
*MIL. LEG. S. S. Miles Legionis ſupraſcripta.*
*M. M. Memoria.*
*MS. Majeſtati.*
*MUL. Mulier.*
*MUN. SASS. Municipii Saſſinatis.*
*M. R. T.* MERENTI.
*M. R. S. F. C. Marens Sua Fecit Conjugi.*

N.

*N. Numerarius*
*N. Natus, Nata.*
*N. Nepos.*
*N. Nauta.*
*N. Natione.*
*N. Numerius.*
*N. Numero.*
*N. AGR. AM. Numeratur agri ambitus.*
*N. B. Numeravit Bivus i. e. Vivus.*
*N. C. M. M. Numerius, Cajus, duo Marci, ſuppl. hic ſiti ſunt.*
*N. I. Nomine ipſius i. e. ſuo.*
*N. I. D. Nummûm mille Decurionib.*
*N. J. O. T. Numini Jovis Olympii Tonantis.*
*N. L. F. Numerii Lucii filia.*



Digitized by Google

*N. M. N. S. Novum Monumentum nomine ſuo.*

*N. M. Q. E. D. Numini Majeſtatique ejus.* ſive *eorum devotiſſ.*

*N. ME. VI. Nata menſ.* VI.

*N. MONUM. Novum monumentum.*

*N. N. Duorum Numeriorum.*

*N. P. C. Nomine proprio curavit.*

*N. T. M. Numini Tutelari Municipii.*

*NAT. Natione*

*NAT. GALL. Natione Gallus.*

*NEP. Nepos.*

*NER. Nero.*

*NON. TRAS. H. L. Non tranſilias hunc locum.*

*NUM. DOM. AUG. Numini domus Auguſta*

O.

*O. pro puncto non litera.*

*O. E. Ollam emit.*

*O. O. Olla oſſuaria.*

*O. H. S. S. Oſſa hic ſita ſunt.*

*O. D. S. M. Optime de ſe merito, merenti.*

*O. E. B. Q. C. Oſſa ejus bene quieſcant condita.*

*O. H. S. S. Oſſa hic ſita ſunt*

*O. M. H. Optimo Maximo Hammoni*

*O. M. T. Optimo Maximo Tonanti*

*O. P. D. Olla publicè data*

*OB. HON. Ob honorem*

*OB. HON. AUG. Ob honorem Auguſtalitatis*

*OB. AN. L. Obiit anno* 50.

*OCR. Ocriculana Tribus*

*OF. officinarius*

*OPUS DOL. Opus doliare*

*ORD. RET. Ordine retrogrado*

*OUT. Ouſentina Trib.*

*O. M. E. Optio Magiſtri Equitum*

*OP. Opifera*

*O. S. E. H. N. S. Ollarum ſeries externum heredem non ſequitur.*

*O. V. Olla quinque.*

*O. V. F. Omnibus viva fecit.*

P.

*P. patria.*

*P. pater*

*P. Pontifex.*

*P. puer.*

*P. perpetua*

*P. poſuit.*

*P. publius.*

*P. Palatina Trib.*

*P. parentes.*

*P. perpetuus.*

*P. Pratori.*

*P. puella.*

*PA. Pater.*

*P. A. P. B. M. Patri, Avo, Patrono bene merenti*

*P. C. puero clariſſimo.*

*P. C. Patrono Colonia*

*P. AUGUR. Publicus Augur*

*P. C. Patrono corporis.*

C. P.

*P. C. N. Patrono corporis noſtri*

*P. C. Ponendum curavit, curaverunt.*

*P. C. Præfecto corporis.*

*P̄. C. Poſt Conſulatum.*

*P. C. N. Poſuerunt communi nomine.*

*P. D. D. Publice dedicatum.* vel *poſitum Decreto Decurionum.*

*P. D. F. publico Decreto fecerunt*

*P. E. publice erexerunt*

*P. F. Publii filius*

*P. F. præeunte filio.*

*P. F. Pius Felix*

*P. F. Pia fidelis nempe Legio.*

*P. F. P. N. Publii filius, Publii nepos.*

*P. F. V. Pio felici Victori.*

*P. H. C. Provinciæ Hiſpaniæ Citerioris.*

*P. II.* ∽ *L. Pondo duarum ſemiſſis Librarum.*

*P. I. S. publica impenſa ſepultus.*

*P. L. Publii Libertus.*

*P. M. Pontifex Maximus.*

*P. M. poſt mortem.*

*P. M. plus minus.*

*P. N. Publii Nepos.*

*PP. Præfectus.*

*P. P. pecunia publica*

*PP. Poſuit.*

*P. P. Præpoſitus.*

*P. P. perpetuus*

*P. P. populus.*

*P. P. Pater Patrum.*

*P. P. Provincia Pannonia*

*P. P. Pro Prætore*

*P. P. pro portione*

*P. P. Pater Patriæ*

*P. P. D. D. propria pecunia dedicavit.*

*P. P. D. P. propria pecunia dederunt poſuerunt.* vel *Procuravit, perfecit, donavit, poſuit.*

*P. P. F. pia, pollentis, felicis.*

*P. P. F. F. Pia Parthica, felix, fidelis.*

*P. P. H. T. Præſes Provinciæ Hiſpaniæ Terraconenſis*

*P. P. HISP. CIT. Præſes Provinciæ Hiſpan. citerioris*

*P. P. I. Poſuerunt propria impenſa.*

*P. P. P. pro pietate poſuit.* vel *propria pecunia poſuit. publice poni placuit.*

*P. P. P. D. publica pecunia ponendum decrevit.*

*P. P. P. H. C.* vel *T. Præfectus Prætorio Provinc. Hiſp. Citer.* vel *Tarracon.*

*P. P. P. P. P. SUPER. Præfecto Prætorii per Provinc. Pannon. Superiorem.*

*P. P. S. Provincia Panonia ſuperioris.*

*P. P. X. Per Provinciam decima.*

*P. P. XII. Pondo duodecim.*

*P. Q. X. Pedes Quadrati decem.*



Digitized by Google

*P. R. Populus Romanus*
*P. Q.Q.L.D. Permiſſu Quinquennalium Locus datus*
*P. P. Pro-Pratori.*
*P. P. Pro portione.*
*P. P. Pater Patria.*
*P. P. D. D. propria pecunia dederunt.*
*P. P. D. P. propria pecunia dederunt poſuerunt.*
*P. P. F. pia pollentis felicis*
*P. P. H. T. Praſes Provincia Hiſp. Tarraconenſis.*
*P. P. I. Poſuerunt propria impenſa.*
*P. P. P. pro pietate poſuit*
*P. P. P. D. publica pecunia ponendum decrevit.*
*P. P. S. Provincia Panonica ſuperioris.*
*P. R. C. Poſt Romam conditam.*
*P. S. Per Senilem.*
*P. S. F. pecunia ſua fecit.*
*P. S. P. Q. P. pro ſe proque patria.*
*P. S. P. Q. R. H. Publius Sixtius Quinti Romani Heres.*
*P. V. Pia Victricis.*
*P. V. praſtantiſſimi Viri.*
*PUB. P. R. Q. Publicus populi Romani Quiritium.*
*P. V. V. L. S. prout voverat lubens ſolvit.*
*P. POR. publii puer.*
*PAP. Papiria Trib.*

*PART. MAX. Parthicus Maximus.*
*PEC. Pecunia.*
*PED. Pedes.*
*PED. QUAD. BIN. Pedes quadrati bini.*
*PER. permiſſu*
*PER. AUG. perpetuus Auguſtus.*
*POB. Poblilia*
*POL. Pollia*
*PONT. MAX. Pontifex Maximus.*
*POST. Poſtumus.*
*PP. Prapoſitus.*
*P. P. pedes.*
*PP. Paperia Trib.*
*PR. Prator.*
*PR. AER. Prafectus Ærarii*
*PR. CER. J. D. Prafectus Cerealis juridicunda.*
*PR. H. C. CU. Provincia hiſpan. Citerioris Curator.*
*P. R. J. D. AUX. Prafectus juridicundo Auximi.*
*PR. JUV. Prafectus Juventutis ſive juvenum.*
*PR. N. Pro-nepos.*
*PR. P. F. Primogenia, pia fidelis.*
*PR. P. V. Pratoria pia Victricis.*
*PR. PR. Prafecto Pratorii.*
*PR. PR. pro Pratore*
*PR. Q. Pratori Quaſtori. Pratori Quinquennalitio*

PR.

*PR. SEN. pro Sententia*
*PR. VIGIL. Præfecto Vigilum*
*PRAEF. Præfectus*
*PRAEF. F. Præfectus Fabrum.*
*PRO. XX. HER. Procurator viceſima hered.*
*PRO-COS. Pro-Conſul*
*PRO. PR. Proprætore.*
*PRO. S. Pro Salute*
*PRON. Pronepos.*
*PRÆTOR II. SACR. Prætor iterum Sacraneus.*
*PUB. Publicia Trib.*
*PUP. Pupinia Trib.*
*P. S. V. Profeſſione ſoluti Voti.*
*P. V. A. poſt Victoriam Actiacam.*

## Q.

*Q. Quintus.*
*Q. Quadrati.*
*Q. qui*
*Q. Quæſtori*
*Q. Quinquennalitio*
*Q. A. Quæſtor ædilis*
*Q. II. Quæſtor ſecundum*
*Q. ALIM. Quæſtori alimentorum.*
*Q. B. qui vixit.*
*Q. D. Quinquennalis Decurio.*
*Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. Quod de ea re fieri placet, de ea re ita cenſuerunt*
*Q. D. S. S. Qui dederunt ſupra ſcripta.*
*Q. F. Quinti filius.*
*Q. F. Quod factum.*
*Q. F. P. D. E. R. I. C. Quod fieri placet de ea re ita cenſuerunt.*
*Q. F. Q. N. Quinti filius, Quinti nepos.*
*Q. FUNC. Quinquennalitio functus.*
*Q. H. H. S. S. Qui heredes ſunt.*
*Q. I. S. S. qui infra ſcripti ſunt.*
*Q. K. Quæſtori Kandidato.*
*Q. L. Quinti Libertus.*
*Q. N. Quinti Nepos.*
*Q. PR. Quæſtori Provinciæ.*
*QQ. Quinquennalitius.*
*QQ. CORPORIS. Quinquennalitius corporis.*
*Q. C. P. R. B. R. Quem ComPaRaBeRunt.*
*Q. Q. V. P. L. Quoquoverſus pedes 50.*
*Q. Q. II. Quinquennalitio iterum*
*Q. Q. III. Quinquennalitio tertium*
*Q. Q. L. H. S. Quoquoverſum latitudo huic ſepulcro.*
*Q. Q. P. P. Quinquennalitio perpetuo. Quinquennalitii perpetui.*
*Q. Q. V. Quoquoverſum*
*Q. R. Quæſtor Reipubl.*

*Q. R. S. H. F. H. T. T. V. Qui retro ſcripti hæredes fecerunt hunc titulum titulo uſi.*

*Q. S. P. P. S. Qui ſacris publicis præſto ſunt.*

*Q. V. A. I. qui vixit annum unum.*

*QQ. quoque.*

*QS. quaſi.*

*QVI & QUIR. Quirina Tribus.*

*QUI LEGIS T. V. qui legis titulum vult.*

*QUINQ. Quinquennalitatis*

R.

*R. Recta.*

*R. Retro.*

*R. Recto.*

*R. G. C. Rei gerundæ cauſa.*

*R. K. retro Carinas.*

*R. P. Retro pedes.*

*R. P. Reſpublica. Republica*

*R. P. C. Reſpublica conſtituenda.*

*R. P. H. V. Reipubl. huic vigilantiſſimo.* vel *Reipublicæ hujus Urbis.*

*R. P. S. D. D. Reſpublica Saguntinorum Decreto Decurionum.*

*R.R. PROX. CIPP. Ruderibus rejectis proxime cippum.*

*R. R. Recta Regione*

*R. VER. Reſpubl. Veronenſis.*

*RA. O. S. Rationali operum ſacrorum. i. e. operum domus divinæ.*

*RAT. S. R. Rationalis ſacrarum rationum* vel *remunerationum.*

*REG. Regione.*

*REI. P. TIF. TIB. Reipubl. Tifernatium Tiberinorum.*

*REM. P. N. Rempublicam noſtram.*

*REST. A. CAMB. M. P.* XI. *reſtituerunt a Cambidono millia paſſuum undecim.*

*ROM. Romilia Tribus*

*RUF. Rufius, Rufus, Rufinus.*

*R. V. P. Redditum Veteri Poſſeſſori.*

S.

*S. Sextus prænomen*

*S. Solvit.*

*S. Sepulcrum*

*S. Singulum. Singuli*

*S. Stipendiorum.*

*S. nominibus propriis ſubjectum, ſignificat Servum, Servam.*

*Ꞩ Sextus.*

*S. A. D. ſub Aſcia dedicarunt.*

*S. C. Senatus Conſultum.*

*S. C. D. S. ſibi curavit de ſuo*

*S. C. F. C. Senatus Conſulto faciundum curarunt*

*S. D. S. Soli Deo Sacrum.*

*S. E. T. L. Sit ei terra levis.*

*S. ET. S. ſibi & ſuis.*

*S. I. M. Soli invicto Mithræ*

*S. L. Sua laude.*

*S. L. M. Solvit libens merito*

*S. M.*

Digitized by Google

*S. M. A. L. S. Sacrum memori animo libens ſolvit.*

*S. M. D. Sacrum Matri Deûm.*

*S. P. Sacerdos perpetuus.*

*S. PR. Sub-Prefecto. Sub-Prator.*

*S. PR. Sub-Prefecto.*

*S. P. D. D. ſua pecunia donum dedit.*

*S. P. EIUS. C. C. Q. Q. Solo privato ejus Collegium conſenſu Quinquennalitiorum.*

*S. P. F. Sua pecunia fecit.*

*S. P. F. C. Sua pecunia faciendum curavit. curaverunt.*

*S. P. P. Sua pecunia poſuit.*

*S. P. P. C. Sua pecunia ponendum curavit.*

*SC. P. Sacrum Palatium*

*S. D. ſub die.*

*S. P. Sancta puella.*

*S. P. P. S. Sacris publicis praſto ſunt.*

*S. P. Q. L. Senatus populuſque Lanuvinus.*

*S. P. Q. R. Senatus populuſque Romanus.*

*S. P. Q. S. Sibi poſteriſque ſuis*

*S. P. V. T. S. Sua pecunia uſus titulo ſuo.*

*S. R. Sacrarum Remunerationum.*

*S. S. ſupra ſcriptum.*

*S. S. Sanctiſſimus Senatus.*

*S. SOL. Sacerdos Solis.*

*S. S. E. Sive ſepulcrum eſt.*

*S. S. S. Soli Sanctiſſimo ſacrum.*

*S. S. S. Supra ſcripta ſumma.*

*S. S. T. N. Supra ſcripti Tuti nomine.*

*S. T. T. L. Sit tibi terra levis.*

*S. VE. C. Senatuſve conſulto.*

*S. V. P. ſibi vivus poſuit.*

*S. V. P. HAC. P. Sponſione utriuſque partis hac facta.*

*S. V. T. L. Sit vobis terra levis.*

*SA. R. Sacerdos Roma.*

*SAB. Sabina Trib.*

*SAC. Sacerdos.*

*SAC. URBANO. S. P. Sacerdote Urbano ſibi praeunte*

*SAC. VG. Sacram Virgo.*

*SAL. Salutem.*

*SAL. Salaria.*

*SARM. Sarmaticus.*

*SCA. T. Scapia Trib.*

*SEC. H. A. G. Secundus heres agens gratias.*

*SED. S. C. Seditionis ſedanda cauſa.*

*SEQ. Sequanus.*

*SER. Servia Trib.*

*SERG. Sergia. Trib.*

*SER. Servius pranomen.*

*SER. ACT. Servus actor.*

*SER. OFF. Servus officinatoris* aut *officinarius.*

*SERT. Sertor. pranom.*

*SEV. AUG. Seviro Auguſtali.*

*SEX. Sextus pranomen.*

*SEX. F. Sexti filius.*

*SEX*

Digitized by Google

*SEX. L. Sexti Libertus.*
*SEX. N. Sexti Nepos.*
*SEXT. Sextilis menſis.*
*SIG. LIB. Signum liberi.*
*SING.* 𐆖 *.II. Singulis dena-rios binos*
*SP. Spurius prænomen.*
*SP. F. Spurii filius*
*SP. L. Spurii Libertus*
*SP. N. Spurii nepos.*
*SPEC. LEG. Speculator Legio-nis.*
*SPL. EQ. R. Splendidiſſimo E-quiti Romano.*
*SS. Suaviſſimis.*
*SS. ſupra ſcriptus.*
*ST. Sextus Prænomen.*
*ST.* XXXV. *Stipendiorum trigin-ta quinque*
*STE. STEL. Stellatina Trib.*
*STIP. Stipendiorum*
*STIP. AN.* VI. *Stipendiorum annorum ſex.*
*STIP. ARG. Stipis argentea.*
*S* ₽ *. Stipendiorum*
*STR. A. P. R. Strator à publi-cis rationibus*
*SUB. & SUC. Suburbana & Sucuſana Trib.*
*SUM. MAG. Summus Magi-ſter.*
*SUO. S. Suo ſumptu.*

T.

*T. Tribunus.*
*T. Titus.*
*T. Tunc.*
*T. Turma.*
*T. pro* Φ. vel *puncto.*
*T. A. Taurum album.*
*T. AUG. Tutela Auguſta*
*T. C. Teſtamenti cauſa.*
*T. F. Teſtamento fecit.* aut *Ti-tulum fecit.*
*T. F. Titi filius.*
*T. FI. H. F. C. Teſtamento fie-ri.* vel *Titulum fieri heredes fideliter curarunt.*
*T. F. J. Teſtamento fieri juſſit.*
*T. L. Titi Libertus.*
*T. LEG.* III. *Tribunus Legio-nis* III.
*T. N. Titi Nepos.*
*T. P. Titulum poſuit. poſuerunt.*
*T. P. C. Teſtamento poni cura-vit.*
*T. P. J. Teſtamento poni juſſit.*
*T. R. E. S. P. R. Terra rege-ſta ex ſua pecunia reſtitue-runt.*
*T. SC. EX.* VII. *EJUS. B. M. P. P. Teſtamento Scripti ex ſeptunce ejus bonorum monu-mentum poſuere.*
*T. S. F. J. Teſtamento ſibi fieri juſſit.*
*T. V. Titulo uſi.* vel. *Titulum. Vale.*
*TA. Taurum.*
*TAB. Tabularius*
*TAB. P. H. C. Tabularius Pro-vinciæ hiſpaniæ. citerioris.*

*TAB.*

*TAB. XX. Tabularius vigeſima.*
*TER. Terentina Trib.*
*TI. Tiberius.*
*TI. F. Tiberii filius.*
*TI. L. Tiberii Libertus.*
*TI. N. Tiberii Nepos.*
*TOL. Toletanus genere.*
*TON. Tonſor.*
*TR. Trajectus.* aut *tranſlatus.*
*TR. MIL. Tribunus militum.*
*TR. PL. DESS. Tribuni plebis deſignati.*
*TRIB. POT. Tribunitia poteſtas.*
*TRIB. SUCC. Tribus Succuſana.*
*TRO. Tromentina trib.*
*TRUN. P. P. P. Trium Publiorum.*
*TUL. Tullus.*
*TUR. Turma.*

V.

*V. Prænomen Viri.*
*V. Volerius. Voluſus, Vopiſcus*
*V. in ſepulch. notat vivum.*
*V. Vivit.*
*V. Veteranus.*
*V. Viarum.*
*U. Uxor.*
*V. ÆD. Viro ædilitio.*
*V. A. F. Vivus aram fecit.*
*V. A. J. D. Vivus aram juſſus dedit.*
*V. A. L. Vixit annos quinquaginta.*
*V. B. Viro bono.*
*V. C. Vir clariſſimus.*
*V. C. Vivus curavit.*
*V. C. P. T. Vir conſularis Provinciæ Tarraconenſis.*
*V. D. D. Voto dedicatum.*
*V. E. Vir egregius.*
*V. E. D. F. Vir egregius Decimi filius.*
*V. F. Viro fideliſſimo.*
*V. F. Vivus* aut *vivens fecit.*
*V. F. Verba fecit.*
*V. F. Viſum fuerit.*
*V. FI. Valerii filius.*
*V. F. C. Victoriæ felicitatis Cæſaris.*
*V. F. F. Vivus fieri fecit.*
*V. F. S. ET. S. Vivus fecit ſibi & ſuis.*
*V. L. S. Votum lubens ſolvit.*
*V. M. Volens merito.*
*V. M. S. Voto merito ſuſcepto.* aut *Votum merito ſolvit.*
*V. OP. Vir optimus.*
*V. P. & V. POS. Vivus poſuit.*
*U. P. Utrinſque Pannoniæ.*
*V. P. & V. P. Vir perfectiſſimus.*
*V. P. P. P. H. Vir perfectiſſimus Præfectus Provinc. Hiſpaniæ.*
*V. S. Votum ſolvit. Voto ſuſcepto.*
*V. S. A. L. P. Voto ſuſcepto animo lubens poſuit.*
*V. S. C. Voto ſuſcepto curavit.*
*V. S. D. D. Voto ſuſcepto Donum dedit.*



Digitized by Google

*V. S. F. Univerſi ſic fecerunt.*
*V. S. J. Vice ſacra judicans.*
*V. S. J. F. Voto ſuſcepto juſſit fieri.*
*V. S. L. M. Votum ſolvit lubens merito.*
*V. S. L. M. Voto ſuſcepto lubens merito.*
*V. S. L. P. Voto ſuſcepto libens poſuit.*
*V. S. P. L. L. Voto ſuſcepto poſuit libens libens.*
*V. S. S. L. M. Votum ſuſceptum ſolvit libens merito.*
*V. S. S. L. S. D. EX PRIM. Votum ſuſceptum ſolvit libens Sacerdos Dea ex primis.*
*V. T. F. J. Uſus titulo fieri juſſit.*
*V. V. Votum vovit.* vel *ut voverat.*
*V. V. Valens Victrix.*
*V. V. Virgini Veſtali.*
*V. UL. COR. Victori, ultori, Corruſcatori.*
*V. V. C. C. Viri clariſſimi. virorum clariſſ.*
*V. V. E. Veſtri viſum erit.*
*V. V. S. S. F. Vivis ſupra ſcriptis fecit.*
*V. V. MAX. Virgini Veſtali Maxim.*
*VAL. Valerius.*
*VAL. BYZAC. Valeria Byzacena.*
*VE. Veteranus.*
*VE. PP. Veſtamen perpetuus.*
*VEF. AUG. PP. Veſtamen Auguſti perpetuus.*
*VEL Velina Trib.*
*VET. Veturia Trib.*
*VET. AUG. Veteranus Auguſti.*
*VET. LEG. Veteran. Legion.*
*VI. R. Sexies Roma.*
*VICE. S. J. C. Vice ſacra judex cognitionum.*
*VIR. DIANÆ. Virgini Dianæ.*
*VL. Prænomen.*
*VOL. Volitina Trib.*
*VOL. Voluſius*
*VOL. F. Voluſii filius.*
*VOL. N. Voluſii Nepos.*
*VOL. T. Volitina Trib.*
*VOLER. Volerius*
*VOT. Votiva Trib.*
*VOT. E. Voti ergo*
*VI VIR. Sevir, Sexvir.*
*VI VIR. AUG. Sexvir Auguſtalis.*
*VII VIR. EPUL. Septemvir Epulonum.*
*VIII VIR. Octumvir.*

## X.

*X. Decimus prænomen.*
*XV. VIR. SAC. FAC. Quindecimvir ſacris faciundis.*
*XX. HER. Vigeſima hereditatum.*

NU-

Digitized by Google

## NUMERORUM

Notæ & SIGLA in inſcriptionibus obſervatæ.

*IV. IIII. pro IV.*
*VI. & IIIII. pro VI.*
*IIX. VIII*
*XXXX. XL.*

*CD.* vel CꟐ. *CCCC.*

*D* vel Ꟑ *quingenti.*

⊖. ⊖. Θ. Ψ. *V. Tria millia ſexcentos Victoriatos.*
∞ . *Mille item Miliaria.*
Ꟊ . XI. *C. P.F. Miliaria undecima Claudia, Pia, fidelis*

Ⓜ. *Mille.*
CIↃ aut ↑. *mille*
∞ . IↃↃ. *Quatuor millia.*

IↃↃ. aut ⅄ . *Quinque millia.*

Ψ. *Decem.* Ψ *decem millia, minus mille, i. e. novem millia.*

⋔ aut Ψ . *decem millia.*
*X M X. Viginti millia*

⋇ III. XXXIII.

⋇ V. XXXV.

⋇ III. XXIII.

⋇ XX.

## NOTÆ ALIÆ.

✳. ✕. *nota denarii nummi.*

Ꟑ vel Ꟑ. *Domo.*

Ꝙ. *Quæſtor.*

Ɪ *Filia.*
*G. Cajus.*
7. *comparavit*
7. *Libertus*
7. *Legio.*
7. *Centuria*
7. *Caja.*
Ↄ *Caja.*
Ↄ. *Centuria.*
Ɛ. *Centurio.*

Ʒ *Centuria.*

Ↄ *Centuria*

Ↄ. *Caja.*

Ↄ *L. Caja liberta*

Ↄ *LEG. Centurio Legionis.*
*Ɛ. LEG. Centurio Legionis.*
*ↃO. Contra.*

Θ *AN. Mortuus annorum*

Θ vel Θ. *AN. Defunctus*.



*Hunc locum ſibi teſtamento ordinavit. Sunt enim literæ hæ. H. L. S. T. O.*

Et hæc plerumque Siglæ ſunt, quæ in antiquis Inſcriptionibus & monumentis reperiuntur, & harum ſubſidio prædictæ Inſcriptiones facile legi poſſunt, ſi memoriæ diligenter imprimantur.

## Caput XXXII.

### *De* Siglis *Sepulchralibus Chriſtianis uſitatis.*

§. I. Supremos honores ſemper Eccleſia fratribus defunctis ſolicitè exhibuit. Hinc jam Apoſtolorum ætate defunctos honeſte ſepelire ſoliti ſunt, exemplo Stephani, quem viri timorati ſepelierunt. *Act.* VIII, 2. Habuiſſe etiam Chriſtianos cæmiteria ad quæ defunctos deduxerint, patet ex 1. *Cor.* XV. In luctu poſitos ſpe reſurrectionis conſolabantur. 1. *Theſſ.* IV. De cætero antiquiſſimi Chriſtianorum mores circa defunctos hi fuerunt. Solebant eoſdem aliquando cum vitæ diſcrimine reverenter terræ mandare, quemadmodum *Euſebius* refert de *Aſtrio* Romano, quod corpus *Marini* martyris humero ſuo & pretioſo indumento impoſitum detulerit & ſplendidiſſime ſepelierit. Unde etiam *Dionyſius* apud eundem *Euſeb. lib.* 7. *c.* 22. ubi commendat charitatem fidelium erga eos, qui peſte Alexandriæ obierant, refert, quod Chriſtiani ſupinis manibus Sanctorum corpora exceperint, oculos depreſſerint, ora clauſerint, ex ardenti amore ſtrictim fuerint complexi & lotos ſepultura ornaverint. de quibus *tr. noſt. de luctu Chriſtianorum.* Meminit *Origenes* pretioſi veſtitus, quô mortui fuerint obvoluti, & eum cum amico defuncto prius conſcindere ſolebant, ne ab impiis ſurriperetur. *l.* 1. *in Job.*

§. II. Pre-

§. II. Preces etiam pro requie defuncti à Presbyteris juxta tumulum factas memorat *Tertullianus l. d. Anima*. Lugendi quoque conſuetudinem fuiſſe ſuper mortuos per VII dies totidemque noctes, refert *Origenes lib. 3. in Jobum*. Veſtium quoque Lugubrium, quas in luctu induebant, meminit *Cyprianus in Serm. de Mortal.* Curato funere dabantur Eleemoſynæ teſte *Hieron. ad Pammach.* ubi etiam hos mores addit: Mariti ſuper tumulum ceu tumbas Conjugum ſpargunt violas floreſque purpureos & dolorem animi his officiis conſolantur. Expreſſit hoc *Prudentius* in hymno de Exequiis.

*Nos tecta fovebimus oſſa*
*Violas & fronde frequenti*
*Titulumque & frigida ſaxa*
*Liquido ſpargemus odore*

Idem ille Sepulchris Epitaphia affixa memorat *in hymno de Martyr. Hippolyto.*

*Plurima litterulis ſigna ſepulcra loquuntur*
*Martyris aut nomen aut epigramma aliquod.*

§. III. Ex his elucet Epitaphiorum uſum pervetuſtum eſſe. Placuit & primitivæ Eccleſiæ Chriſtianis. *Prudentius* carmine modo adſcripto. Idem in hymno quarto de paſſione Hippolyti Martyris ad *Valerianum* Epiſcopum:

*Innumeros cineres ſanctorum Romula in urbe*
*Vidimus ô Chriſti Valeriane ſacer!*
*Inciſos tumulis titulos & ſingula quæris*
*Nomina? difficile eſt, ut replicare queam.*

Conciſe & nervoſe concipiebantur illorum Epitaphia, quemadmodum ex duobus his monumentis conſtat, quæ in aliqua primaria Germaniæ civitate viſui exhibentur, ubi in Sepulcro Senioris hæc extant verba: ET MORTUUS EST, quibus ſignificare volebant, non mirum ſi decrepitus mortem obeat. In altero Juvenis ſcil. Sepulcro hæc verba per interrogationem inciſa leguntur: ET MORTUUS EST? quibus quaſi mirum indicare voluerunt, quod mors Juvenem robuſtum e medio ſuſtulerit.

§. IV. Quemadmodum autem Romani & Græci in Inſcriptionibus ſepulcralibus certis utebantur verbis, quæ per Si-



Digitized by Google

glas exprimebant, ut D. M. S. i. e. *Diis Manibus Sacrum* vel J. O. M. S. *Jovi Optimo maximo ſacrum*. vid. *Prudent*. in *Symmach*. Solennia in hujuſmodi titulis verba erant: H. S. E. i. e. *Hic ſitus eſt*. *Lucilius* referente *Donato in Phormion. Terent. Act*. 2. *Sc*. 1.

*Servus neque infidus domino neque inutilis cuiquam*
*Lucilii Columella*, *HIC SITUS EST*.

conf. *Ovid. lib*. 2. *Metamorph. Tibull. lib*. 3. *eleg*. 2. Interdum hanc adhibebant formulam: H. J. i. e. hic jacet. *Tibull. lib*. 1. *eleg*. 3. *Martial. epigr*. 52. *lib*. 6. *epigr*. 92. *l*. 11.

§. V. Solemne quoque fuit in titulis his ſpatium vitæ eorum, quorum corpora Tumulis condebantur, exiliter ad calculos revocare: & quot annos, menſes & dies vixiſſent, complecti in hunc modum SEMP. v. Ak. xxx. M. iii. D. xi. Sed & ſtipendia quæ meruerant ejuſmodi Tituli complectebantur his verbis. MILIT. AN. xx. *militavit annos viginti*. Conſtat etiam muliebrium monumentorum titulis matrimoniorum annos comprehendi conſueviſſe. uti *Propert. lib*. 4. *eleg. ult. Martial. epigr*. 63. *lib*. 10. *Juvenal. Satyr*. 6. teſtantur. Hujuſmodi tituli plerumque ejus nomen, qui monumentum exſtruxiſſet continebant hoc modo. I. F. E. P. i. e. *ille fecit & poſuit*. Addebant quoque hæc verba. B. M. F. i. e. *bene merenti fecit*. Aliàs etiam reperimus. T. P. *Titulum poſuit*. Quod ſi monumentum heres feciſſet, adſcribebantur hæ Siglæ. H. F. i. e. *heres fecit*. vel *heredes fecerunt*. vel H. F. C. i. e. *heres faciundum curavit*. Et quidem ſi ultro heres, libertus ſeu qui alius ſua pecunia feciſſet, ſcribebantur hæ Siglæ. H. S. P. F. C. *heres ſua pecunia faciendum curavit*. Sin vero teſtator fieri juſſiſſet addebantur hæ. H. EX. T. F. i. e. *heres ex teſtamento fecit*. Si autem vivus adhuc ſibi monumentum exſtruxiſſet adſcribebantur hæ Siglæ. V. S. F. i. e. Vivus ſibi fecit, vel V. F. C. Vivus fieri curavit. vel V. H. M. S. F. i. e. *Vivens hoc monumentum ſibi fecit* vel V. S. L. M. P. *vivens ſibi locum monumenti poſuit*. vel V. F. S. E. S. *Vivens fecit ſibi & ſuis*. Et quæ alia ſunt: de quibus, qui plura deſiderat, evolvi poterit *Barnab. Briſſon. lib*. vii. *de formul. pag. m*. 700. 701. 702. *ſeq*.

§. VI. Chri-

Digitized by Google

§. VI. Chriſtianorum monumenta tàm antiqua, quàm moderna ſi perluſtramus eaſdem formulas per Siglas ſcriptas reperimus in illis, ſed mutatas, quippe abſtinuerunt à formulis Ethnicis, & loco harum Chriſtianas adhibuerunt. e. g. Cum Gentiles inſcriberent. J. O. M. S. *Jovi Optimo Maximo Sacrum;* Chriſtiani monumentis incidi curarunt has Siglas. D. O. M. S. *Deo optimo maximo Sacrum.* Deinde laudes & virtutes defuncti addebant ſimulque annos quot vixiſſet ſive extra ſive intra matrimonium, uti Epitaphia Chriſtianorum teſtimoniis ſuis approbant. Dabimus itaque quædam Chriſtianorum monumenta, & res erit clariſſima. Adfert Inſcriptionem ſepulcralem ex *Cæmiterio Lucinæ Paulus Aringhius. edit. Arnhem.* 1671. *pag. m.* 188.

✠ HIC REQUIESCIT IN PACE SABINUS
VS. PREF.
ANN. QUI BISSIT ANN. LIII. ET D. XXIII.
DP. XVI. KAL. AUGUSTAS CONS. SYMM. ET
BOETIO VC. CONSS.

Ex his itaque conſtat, Chriſtianos non uſos fuiſſe D. M. *Diis Manibus*, ſed ſtatim more Chriſtiano rem ipſam aggreſſos eſſe. Occurrunt quoque in hac Inſcriptione variæ Siglæ ut VS. quod ſignificat VIR. SPECTABIL. PREF. ANN. eſt *præfectus Annonæ.* Adduntur anni: qui *Biſſit*, i. e. vixit annos LIII. Dies XXIII. DP. depoſitus XVI. Kalend. CONS *conſulatu Symmachi & Boetii* VC. *Viris clariſſimis* CONSS. *conſulibus.*

§. VII. Fæminis quoque Epitaphia à Chriſtianis erecta eſſe idem *Paul. Aringhius pag. m.* 193. teſtatur his verbis:

HIC REQUIESCIT IN PACE
PAULA CLF. DULCIS BENIGNA GRATIOSA
FILIA SS
DP -- -- KAL. SEPT. VENANTIO·VC CONSS.

item

Digitized by Google

item

HIC REQUIESCIT ÆMILIA SAC. VG. DP V
ID. DEC.
PROBINO VC. CONSS.

In his iterum variæ Siglæ conſpiciuntur, ut CLF. i. e. clariſſima filia. SS. ſupra Scripta. DP. depoſita. VC viro clariſſimo CONSS Conſule. In altera SAC. VG *Sacra Virgo*. DP V ID. DEC. depoſita quinto Idus Decembris. His Inſcriptionibus maxima ex parte hæc ſigna ſeu Siglæ præfigebantur  quarum magnum numerum nobis exhibet citatus *Paul. Aringhius in Roma ſua ſubterranea*, ad quem benevolum Lectorem remittimus. Illud tamen monere volumus, quod nonnunquam tempora Siglis contractis ſignificarint, uti in Epitaphio *Ambroſii Primicerii. Depoſitus eſt menſe Septembris, Indictione tertia decima*, tempore  PP. *Domini Stephani Papæ*.

§. VIII. Videmus ex his prolatis Chriſtianos tam veteres quam modernos Siglas uſurpaſſe, quæ paſſim in Epitaphiis tam antiquis quam hodiernis conſpiciuntur. Dabimus itaque Lectoribus quaſdam, cæteras in Inſcriptionibus *B. Reineſii* aliorumque adductas quiſque facile exponere poterit. Sint ergo ſequentes:

A.

*A. A. A. Ave Amice Abi.*

*A. E. C. Anno Emanuelis Chriſti.*

*AER. PUB. H. M. P. C. ære publico hoc monumentum poni curarunt.*

*A. P. C. N. anno poſt Chriſtum natum.*

*A. O. R. Anno reſurrectionis*

*AED. FIDISS. Ædilis fidiſſimus.*

*A. V. I. S. P. A. Anima vivat in ſempiterna pace Amen.*

*A. Q. I. C. Anima quieſcat in Chriſto.*

*ANNUN. B. M. V. O. die annunciationis beatæ Mariæ Virginis obiit.*

*A. D. R. Anno Dominicæ reſurrectionis.*

*AD.*

Digitized by Google

*AD. D. NICOL. ARCHID. ad Divum Nicolai Archidiaconus.*

*ASS. Aſſeſſor.*

*AV. E. OSS. Q. PR. VIAT. Ave & oſſa quieta precare viator.*

*A. R. I. M. D. anima requieſcat in manu Dei*

*ACAD. PROF. Academia Profeſſor.*

*ART. PHIL. ET. MED. D. Artis Philoſoph. & Medicina Doctor.*

*ACOL. Acoluthus.*

*AA. VV. CC. CONS. S. S. Auguſtalibus Viris clariſſimis Conſulibus ſupra ſcriptis.*

B.

*B. Vixit. antiq. Bixit.*

*B. AN. G. D.* IXX. *Vixit annos quinque dies* IXX.

*B. M. bene merenti*

*BENER. Veneria*

*BIX. Vixit.*

*B. M. Beata memoria*

*B. Q. DULC. M. M. Bene quieſcas dulciſſime mi marite.*

*B. Q. I. P. Bene quieſcas in pace.*

*BIBAT. Vivatis*

C.

*CESQ. I. P. Ceſquit i. e. quieſcit in pace.*

*C. Q. cum quo*, vel *cum qua*

*C. L. P. Cum lacrymis poſuerunt.*

*C. O. B. Q. Cum omnibus bonis quieſce.*

*CL. V. Clariſſimus Vir.*

*C. P. Curavit poni*

*C. O. D. O. Caſpar Oleſincius de Oleſnik. in Inſcript. Lipſ.*

*C. H. L. S. E. Corpus hoc loco ſepultum eſt.*

*C. V. M. A. S. V. S. C. S. G. O. S. E. Cornelius von Miltitz auf Siebeneigen und Steinburg Churfürſtl. Sächſ. geweſener Ober-Steuer-Einnehmer. In Inſcrip. Lipſ.*

*C. V. A. Cum vixiſſet annos.*

*C. T. S. L. Cives tui ſiſtunt lacrymis.*

*C. R. S. Chriſto reſurrecto ſacrum.*

*C. RES. S. Chriſto Reſuſcitatori Sacrum.*

*COS. LIPS. Conſul Lipſienſis*

*COS. & SCAB. Conſul & Scabin.*

*C. SE. H. S. H. M. IMPOS. cujus ſepulcro heredes Saxum hoc impoſuerunt.*

*COLL. B. M. V. Collega beata Maria Virginis*

*COLL. PRINC. MIN. Collegii Princip. Minor.*

*COJUG. Conjux.*

*CONS. ORD. Conſul ordinarius.*

*C. F. Curavit fieri.*

*D. O. M. Deo optimo Maximo.*



Digitized by Google

*D. O. M. S. Deo Optimo Maximo ſacrum.*

*D. O. M. SP. Q. ASCEN. S. Deo optimo maximo Speique Aſcenſionis Sacrum.*

*D. T. O. M. S. Deo Ter optimo Maximo ſacrum.*

*DE. S. OPT. M. de ſe optime merito.*

*DOC. C. C. Docuit Chriſtum crucifixum.*

*D. ET M. IMM. Deo & meo Immanueli.*

*DE OMN. ACAD. B. M. O. D. S. de omnibus Academiis bene meritus ob doctrinam ſanam* vel *ſacram.*

*D. O. STUD. LIB. B. M. de omnibus ſtudiis liberalibus bene meritus.*

*D. S. G. G. Deſſen Seele Gott gnade.*

*D* vel *DE.* vel *DP. Depoſitus.*

*D. G. Dies quinque*

*D. I. P. Dormit in pace.*

*D. I. P. Deceſſit in pace*

*DORMIT. F. I. P. D. Dormitorium fecit in pace Domini.*

E.

*ECCL. COMP. Eccleſiam compſit.*

*E. EV. Ex Evocato.*

*EX PP. E. CL. Ex Patribus & Clericis.*

*EXU. DE. Exuvias depoſuit.*

*EXP. GLO. R. Expectans glorioſam Reſurrectionem.*

*EL. SAX. Elector Saxonicus.*

*ET D. P. M. V. Et dies plus minus quinque*

*E. V. Ex voto.*

*EX TM. Ex Teſtamento.*

F.

*F. C. fieri curavit.*

*F. F. fieri fecit.*

*FF. Filii.*

*F. VI. D. S. E. filius ſex dierum ſitus eſt.*

*F. R. S. Fratres.*

*FS.*

G.

*G. G. Gott gnade.*

*G. S. S. Georg Stintz ſcripſit.*

*G. P. S. Georg Polmar ſcripſit.*

H.

*H. L. S. E. hoc loco ſitus eſt.*

*H. heres.*

*H. M. P. C. hoc monumentum poni curavit, curaverunt.*

*H. M. F. C. hoc monumentum fieri curavit.*

*H. M. F. F. hoc monumentum fieri fecit.*

*H. M. PP. Hoc monumentum poſuerunt.*

*H. M. P. C. Q. V. A. L. Hoc monumentum poſuit Conjuxque Vidua animo lubens*

*H. M. N. S. M. L. Hoc monumentum non ſine multis lacrymis.*

*H. M. V. P. Hoc monumentum volens poſuit.*

*H. M.*

Digitized by Google

*H. M. P. C. Hoc monumentum poni curavit.*
*H. L. S. S. O. Hoc loco ſita ſunt oſſa.*
*H. M. P. CC. Hoc monumentum poſuerunt cariſſimi.*
*H. M. C. L. P. C. Hoc monumentum curavit lubens poni conjux.*
*H. A. K. Have anima Kariſſima.*
*HO. PO. Hora pomeridiana.*
*H. S. E. Hic ſepultus eſt.*
*H. M. C. T. hodie mihi, cras tibi.*
*H. M. F. C. G. Hoc monumentum fieri curarunt Gementes.*
*H. S. P. M. M. Hoc ſaxum poſuit maritus mæſtiſſimus.*
*H. M. Honeſta Matrona.*
*HOC. MON. POS. FEC. Hoc monumentum poſuit, fecit.*

I.

*INDICT. Indictione*
*IN. P. In pace.*
*I. P. S. E. P. S. In pace ſibi & patri ſuo.*
*INL. Illuſtris.*
*ICH. H. EINEN G. K. ich hab einen guten Kampff.*
*I. M. O. D. in manu Omnipotentis Dei.*
*J. V. D. Juris utriuſque Doctor.*
*I. M. Æ. E. J. In manibus Æterni Emanuelis jaceo.*
*J. N. R. J. Jeſus Nazarenus Rex Judæorum.*

L.

*L. M. locus monumenti*
*L. S. Locus Sepulcri.*
*L. H. S. C. P. S. Locum hujus Sepulcri curavit pecunia ſua.*
*L. M. Q. P. C. Lubens meritoque poni curavit.*

M.

*MAT. Mater.*
*MART. Maritus.*
*MED. LIC. Medicina Licentiatus.*
*MEM. S. Memoriæ Sacrum*
*MED. D. ET P. P. Medicinæ Doctor & Profeſſor Publicus.*
*M. AE. P. Monumentum æternum poſuit.*
*M. M. Memento mori.*
*M. E. S. I. B. G. Memoria ejus ſit in benedictione glorioſa.*
*M. Monumentum.*
*M. Menſes.*
*MR. F. S. C. Mærens fecit ſuæ Conjugi.*
*MOEST. VID. SUPERST. P. C. Mæſta Vidua ſuperſtes poni curavit.*
*M. O. C. V. Matrimonium optima cum Virgine.*
*M. V. L. SUPER. ORB. H. TRIST. MOER. PP. Mater, uxor liberi ſuperſtites Orbitatem hanc triſtiſſimam mærentes poſuerunt.*



Digitized by Google

N.

*N. P. C. Notarius publicus Cæſareus.*

*NOT. ECCL. ROM. Notarius Eccleſiæ Romanæ.*

*NEP. SUP. Nepotes ſuperſtites.*

O.

*ORAS G. Horas quinque*

*OPT. M. optime meritus.*

P.

*P. M. S. Piis manibus Sacrum.*

*PIET. V. Pietas vera.*

*P. S. H. M. P. H. L. C. Patri ſuo hoc monumentum poſuerunt hujus liberi chariſſimi*

*P. M. pia memoria.*

*P. C. P. C. pii cives poni curarunt.*

*P. M.* LX. *plus minus 60.*

*P̄M.*

*PRESB. Presbyteri.*

*PLD. Placidius.*

Q.

*Q. C. P. R. B. R. quem ComPaRaBeRunt.*

*QVE QVI quieſcat qui*

*Q. V. ANN.* XLG. *quæ vixit annos quadraginta quinque*

*Q. I. P. Quieſcat in pace.*

*Q. M. O. Qui mortem obiit.*

*Q. V. Qui vixit.*

R.

*RDVS PR. Reverendus pater*

*R. I. P. A. Requieſcat in pace anima.*

*REG. Regionarius.*

S.

*S. D. V. ID. JAN. ſub die quint. Id. Januarii.*

*S. R. I. ARCHM. Sacri Romani Imperii Archi-Marſchallus.*

*SVPR. CVR. EL. ASS. ſupremæ Curiæ Electoralis aſſeſſor.*

*S. H. L. R. Sub hoc lapide requieſcit.*

*SS. Theol. D. PP. Sacro Sanctæ Theologiæ Doctor Profeſſor Publicus.*

*S. T. T. L. Sit tibi terra levis.*

*S. T. T. C. Sit tibi terra cara.*

*SP. M. C. E. Spes mea Chriſtus eſt.*

*S. H. S. Q. Sub hoc ſaxo quieſcat.*

*S. M. A. C. Sit meum auxilium Chriſtus.*

*S. O. D. O. Sebaſtianus Oleſnicerus de Oleſnik.*

*S. S. S. A. S. S. S. ſit ſepulcrum ſacrum à Sacro Sancto Spiritu.*

T.

*TT. titulus.*

*TVM. tumulus.*

V.

*V. ID. FEB. Quinto Id. Febr.*

*VC. Tribunus voluptatum*

*V. C. Viri Conſulares, viri clariſſimi.*

*VIX. AN.* IV. *M.* X. *Vixit annos quatuor menſes decem*

*V. E.*

*V. E. L. R. Vidua & liberi relicti.*
*V. F. vivus fecit.*
*V. I. Vir illuſtris.*
*V. S. Vir ſpectabilis.*

X.

*XPM. Chriſtum.*

W.

*W. W. Warrlich warrlich.*

Et hæc potiſſima ſunt, quæ de Siglis Sepulchralibus Chriſtianorum dicere voluimus: cætera judicio Lectorum relinquimus.

## Caput XXXIII.

### De Siglis Urnarum & Ollarum Sepulchralium.

§. I. Hactenus vidimus Siglas in Inſcriptionibus Chriſtianis uſitatas. Nunc ordo poſtulat, ut etiam quædam de *Urnis* & *ollis ſepulchralibus* in medium proferamus, viſuri an etiam Siglis notatæ fuerint. Conſtat & omnibus notum eſt, qui Antiquitates Romanas Sepulchrales modò inſpexerunt, antiquitus moris fuiſſe, ut cadavera cremarentur & cineres in urnis reconderentur. De qua re legi poſſunt *Quenſted. de Sepultura veter. Caſalius de ritibus. Schedius de Diis German. Joh. Henric. Kipping. antiq. Roman. de Græcor. Luctu tract. Guther. de jure man.* & qui alii ſunt, qui de hac materia egerunt. Quare nobiſcum conſtituimus de Urnis & Ollis Sepulchralibus quædam tradere. Priuſquam autem ad Siglas nos conferamus, operæ pretium eſſe duximus, quædam de *Urnis* in anteceſſum monere, quæ haut ingrata fore, ſperamus.

§. II. Urna igitur teſte *Johanne Baptiſta Ferretio in Muſis lapidariis. edit. Veron.* 1672. *fol. m.* 197. erat vas ſive capſula, in qua mortuorum cineres recondebantur. Cum enim mos eſſet, mortuorum cadavera cremare, uſta materia in cinerem vel pulverem redigebatur, & pro cineribus dabantur urnæ majores & minores, in quibus recondita cum oſſiculis, nam oſſa



Digitized by Google

majori in vaſe ſeponebantur, quod oſſuarium dicebant, & Cinerarium cinerum, cum Oſſilegium eſſet oſſium collectio, quæ Sacerdos ter aqua pura prius ſpargebat, & ſic expiari & purgari credebatur. Varii autem generis fuerunt, cum aliæ anſatæ, aliæ rotundæ, aliæ planæ, acuminatæ & ſine acumine fuerint aliæ. vid. Kurtze Beſchreibung der heydniſchen todten-Töpffe edit. à *M. Gotthilff Treuern. edit. Norinb.* 1688. *cap.* 1. Earundem varias formas conſpicere poſſumus *in Cimeliarchio Stuttgardiano Sereniſſimi Ducis Wurttenbergici*, quare non opus ut pluribus teſtimoniis probemus. Ubi enim rerum teſtimonia adſunt, non opus eſt verbis.

§. III. Materiam quod attinet, illarum varia fuit. Pro cujuſque conditione & facultatibus erant vel viles vel pretioſæ. Nam virorum illuſtrium oſſa aureis urnis fuiſſe condita legimus apud *Homer. Iliad.* ψ. De urna *Severi* meminit Æl. *Spartian.* quod ex Porphyrio facta, quam cum aſpexiſſet, dixiſſe ajunt: *Tu virum capies, quem totus orbis terrarum non capit.* Ita *Trajani* urnam auream fuiſſe demonſtrat *Doct. Becmann. in annot. ad deſcript. Francof. Wolffgang. Jobſten ex Xiphil.* & *Eutropio*: conf. *cl. Joh. Kirchman. tract. de funer. Roman. lib.* 3. *pag. m.* 367. *edit. Brunſvic.* Reperiuntur etiam argenteæ, qualem adducit *Am. Marcell. lib.* 18. De æreis urnis nullum eſt dubium, quoniam quædam aſſervantur in *Cimeliarchio Sereniſſimi Ducis Wurttenbergici Stuttgardiæ.* Similiter in illo reſervantur terrenæ varii coloris, qualium colorum meminit *M. Gotthilff Treuer* in ſeiner kurtzen beſchreibung der todten-töpffe. conf. *Smetii. Antiq. Neomag. pag. m.* 157. *ſeq. edit. Noviomag.* 1678. Non ſolùm autem Gentiles, ſed etiam Chriſtiani cineres in urnis Sepulchralibus reſervarunt. De quibus Autores probati paſſim egerunt.

§. IV. Verum cum noſtri inſtituti non ſit ex aſſe omnes Urnas deſcribere, ſed modo earum Siglas enarrare; itaque miſſis his ad illas nos conferimus. Priuſquam autem hoc aggrediamur, monendum eſſe ratum duximus, quod duplicis generis *Urnæ* fuerint; imò triplicis. Quædam enim vel *aureæ*, vel *argenteæ* vel *æreæ* vel etiam *fictiles* erant. Majoribus includebant cineres & oſſa & hæ vel fictiles vel alius materiæ erant.

Dein-

Deinde etiam *Urnulæ lachrymales* in uſu erant, figura oblongiore formatæ, ore patulo ad excipiendas lacrymas, quales viſui dantur in prælaudato Sereniſſim. Ducis Wurttenbergici Cimeliarchio inſtructiſſimo. Deinde tertio etiam dabantur Urnæ ſeu vaſcula in quibus Sanguis Martyrum cuſtodiebatur, harum mentionem facit *Paulus Aringhius in ſua Roma ſubterranea lib. 2. pag. m.* 278. 279. *edit. Arnhem.* 1671.

§. V. Has ergo *Urnas* SIGLIS notatas fuiſſe teſtatur *Johann. Smetius in antiquit. Neomagenſ. pag. m.* 162. *edit. Noviomag.* 1678. his verbis: LITERIS ſeu SIGLIS variiſque picturis vaſa hæc inſignita ſunt. Unde periti rerum antiquarum ex ipſis ductibus & colorum temperamentis agnoſcere poſſunt Auctorem operis. Mos enim veterum Artificum fuit nomina operibus inſcribendi, id quod teſtimonio ſuo probat *Statius in Hercule Epitrapeſio. pag. m.* 207. *verſ.* 23. 24. *edit. Lugd. Batav.* 1671.

— — *artificum veteres agnoſcere ductus*
*Et non inſcriptis auctorem reddere ſignis*

Refert etiam *Plinius* in *præfat. Hiſtor. natur.* Pictores atque ſtatuarios veteres operibus à ſe factis nomen ſuum inſcripſiſſe titulo appenſo in hunc modum: *Appelles faciebat. Polycletus fecit.* Quin huic *Herculi Epitrapezio*, *Lyſippi* nomen inſcriptum erat. Ita teſte *Petronio*, *Trimalcionis nomen in lancium marginibus inſcriptum erat.* Apud *Martial.* quoque legimus *lib.* 9. *epigr.* XLV. *pag. m.* 505. *edit. Lugd. Batav.* 1661. *accurante Schrevel.*

*Alcidem modo Vindicis rogabam*
*Eſſet cujus opus laborque felix.*
*Riſit: nam ſolet hoc levique nutu*
*Græce nunquid ait Poëta, neſcis?*
*Inſcripta eſt baſis, indicatque nomen*
Λυσίππου *lego, Phidiæ putavi*

Nec non *lib.* VIII. *Eleg.* 51.

*Quis labor in phiala? docti Myos anne Myronis?*
*Mentoris hæc manus eſt? an Polyclete tuus*

§. VI. Intelligimus hinc Inſcriptiones *Urnis* adjectas fuiſſe, uti probat cl. *Zimmerman. in Florileg. pag. m.* 802. ubi quan-

dam

dam refert, quæ in lapideo Sarcophago hiſce characteribus inſcripta fuit:

VIGILIA METIA
MASSAE FILIA
MARTI OLLOUDIO
V. S. L. M.

Ubi A. pro A. ponitur. Deinde Siglæ ſignificant VOTUM SOLVIT LUBENS MERITO. Urnas has Siglis inſcriptas fuiſſe teſtatur. cl. *M. Johann. Chriſtoph. Olearius in Mauſoleo in Muſeo. i. e. Von heydniſchen Todten-Töpffen edit. Jenenſ.* 1701. Aut enim nomina Artificum & opificum vel dedicantium Siglis apponebantur Urnæ. Harum numerum collegit *Johann. Smet. in antiquit. Noviomagenſ. pag. m.* 164. 165. 166. E. G. aut ALP. F. Siglæ inſcriptæ Urnis reperiuntur, aut *Bond. Fec.* aut *CERIAL. M.* quæ interpretantur ALPINUS fecit. *Boudus fecit* aut *Cerialus manu* fecit &c. Interdum etiam in illis mentio fit officinarum his Siglis. OF. BAS. OFF. AGER. OFF. L. FABU. OFF. L. C. OFF. L. C. VIRILIS.

§. VII. Ab illis autem qui Urnas ſeu Ollas Sepulchrales dedicabant, tituli inſcribebantur hoc modo. FECIT. II. OLLAS CONSERVÆ SUÆ. OLLAS IV. SIBI ET SUIS EMIT AB SOLO OLLAS II. AVIA HILARA. OLLA DONATA AB. L. PORCIO LUSIMACHO. L. ANTONIUS POTHUS OLLAM CUM TITULO BENE MERENTI SEXTIÆ. L. ETRIÆ TONSTRICI SEXTIA XANTA. SCR. LIBRARIA EMIT OLLAS. II. Quod autem ſæpiſſime per Siglas hæ inſcriptiones factæ teſtantur hæc verba: MAR. OLL. D. *Marito Ollam dedit* O. E. *Ollam emit.* O. O. *Olla oſſuaria.* O. V. *olla quinque.* O. S. E. H. N. S. *Ollarum ſeries externum heredem non ſequitur.* O. P. D. *Olla publicè data.* O. D. A. V. *Olla data à viro.* O. S. PP. *Olla ſingulares perpetua.*

Qui modus ſcribendi ſatis ſuperque teſtimonio confirmat Siglas in urnis & ollis ſepulchralibus frequentatiſſimas fuiſſe.

§. VIII. Ad

§. VIII. Ad *Phialas Lachrymarum* pedem movemus, quæ vitreæ vel etiam fictiles erant, quarum figuræ oblongiores patulo ore & incurvo ad lacrymas excipiendas, & harum figuræ variæ iterum in *CIMELIARCHIO inſtructiſſimo Stuttgardiæ Sereniſſimi Ducis Wurttenbergici Domini mei clementiſſimi conſpiciuntur, quarum deſcriptionem Excell. Joh. Schuckard. Mathem. P. P. Cimeliarchiique Inſpector Fautor meus honorandus* proximis diebus exhibebit. Earundem figuras ære excidi curavit *Joh. Baptiſta Caſalio. de veter. ritib.* Hæ ſimul cum Urnis & Ollis ſepulchralibus condebantur, uti Inſcriptiones demonſtrant. Hinc optime intelligi poteſt, quid ſit in antiquis lapidibus L. P. *lachrymas ponere.*

C. FLAVII. HERMETIS
AUG. LIB.
AB EPISTULIS GRÆCIS
JULIA ANTITIA MATER
INFELICICISSIMA. FILIO
DE SE B. M. CUM LACR. P.
VIX. AN. XVIII. M. V. D. XIII.

Teſtatur hoc tumulus lacrymis plenus, in quo hæc Inſcriptio legitur, quam dabimus:

T. PLAUTIO. T. F. MUNICIPIO
ATTACEN. OPTIME MERITO
ET XXXVIII X. ÆT. AN. E. VI.
TA. SUBLATO TOTO POP. CUM
MAGN. LACR. FUNUS
PROSEQ.
QUINTIA PAULINA MATER
AN. LXXIII. AD. FLET. AD
GEMITUM. RELIG. TUMUL.
LACR. PLEN. E. MARM.
HUM. D. DEDIT.

§. IX. Paulò ante diximus, quod etiam vaſcula ſeu URNÆ Sanguinis in uſu fuerint. Teſtimonio ſuo hoc approbat *Paulus Aringhius in Rom. Subterran. lib. 2. pag. m. 277. edit. Arnhem* his verbis: Nec vero deerant inter tot præclara beatorum Martyrum illic quieſcentium inſignia, vel potius trophæa quam plurima *vaſcula vitrea* vel *figlina*, *cruorem* pretioſiſſimum continentia. Inter vaſcula autem hæc Martyrum SANGUINE illuſtria unum præcipue recenſendum nobis eſt, quod in marmoreo ſepulcri operculo calce obſito adinveniri contigit, ubi palma, hujuſmodi addito inſcriptionis titulo SAN. SATURNIN. præferebatur. Proxima duo vaſa è SS. *Victoris* & *Nicaſii* ſepulcris eruta fuere, quorum ſacra corpora S. Pontif. Gregor. xv. ad ſe deferri voluit, in quorum altero, quod S. *Victoris* eſt hæ legebantur Siglæ. SANG. in altero *Nicaſii* iſtæ: SA. Quibuſdam inſculptæ erant  . ſeu  ad ſignificandum Sanguinem in his urnis figlinis Chriſtianorum Martyrum cuſtoditum fuiſſe. Et hæc de Siglis URNARUM.

## Caput XXXIV.

### *De* Siglis *ararum Sepulchralium &* Cipporum.

§. I. Primis temporibus Aræ nullis niſi Deo erigebantur, uti Scriptura teſtatur. Sequentibus autem ſeculis, cum Imperatores inſtar Deorum haberi vellent, adulatione factum, ut Principibus ac bene de patria meritis aras exſtruerent. Principes igitur virtutibus ſuis ARAS meruiſſe teſtatur exemplum *Auguſti*, cui vivo tanquam Deo aras erectas eſſe liquere arbitramur ex illo *Virgilii. Eclog. 1. v. 7, 8.*

*Namque erit ille mihi ſemper Deus, illius ara*
*Sæpe tener noſtris ab ovilibus imbuet agnus*

Itemque ex iſto *Horatii lib. 2. epiſt. 1. v. 15. 16.*

*Præ-*

*Præſenti tibi maturos largimur honores*
*Jurandaſque tuum per nomen ponimus aras*

Huic etiam *Ubios* in Germaniis, Lugdunenſes, & Narbonenſes in Galliis aras erexiſſe refert *Roſinus lib. 2. c. 2. Antiq.* Rom. cum Inſcriptionibus & *Dempſter. paralip. in Roſin. lib. 1. c. 13.*

§. II. Adventantibus etiam Principibus fœdiſſima adulatione ARÆ exſtructæ & ornatæ ſunt, qui honor habitus eſt *Metello. Valer. Max. lib. 9. c. 1. Caligula. Sueton. in vita c. 13. Vitellio Tacit. hiſtor. lib. 2. c. 60. n. 3.* & aliis. Imò eò dementiæ pervenerunt mortales, ut etiam defunctis & de ſe bene meritis Aras ædificarint, uti ex veterum monumentis ſatis conſtat. Illæ autem ex duriſſimo lapide confectæ & Inſcriptionibus ornatæ erant, qualem lapideam aram extra Urbem *Noviomagium* A. CIↃ. IↃC. XXXVII. die XVII. Novembr. repertam affirmat *Johannes Smetius in antiquit. Noviomagenſ. pag. m. 96.* his verbis: Altitudine pedem cum dimidio ſuperat, & latitudine pollices Romanos octo æquat, in faſtigii ſupremi extremitatibus bina habet cornua: epigraphe eſt hujuſmodi:




Hinc intelligere eſt, quod veteres non ſolum Aras, ſed etiam

Inſcriptas verbis & Siglis defunctis dederint. Id quod aliud fragmentum lapidis cujuſdam ſepulchralis oſtendit, ubi hæc leguntur:

—— —— —— BLAND:
XXX. A E. XII
H. E. T. F. C.

Non poſſumus omittere, quin Siglis exponamus. BLAND: *Blandus* aut ſi mavis *Blandinus*, *Annorum triginta Ærum duodecim*, vel ſtipendiorum duodecim. Ærarius igitur duodecim eſt, qui æra meruit & ſtipendia fecit annos duodecim: Siglas ultimas ſic explicamus: *Hæredes ex Teſtamento fieri curarunt.*

§. III. Meminerunt harum Ararum Sepulchralium *Jan. Gruter. in Inſcription. fol. m.* DCCCCXXXVII. *Reineſius* variis in locis: ubi ſane plures Siglæ occurrunt. v. g. AR. DON. D. i. e. *Aram dono dedit* & quæ aliæ ſunt. Quod autem Aræ ſepulchris ſuperſtructæ fuerint tam Scriptores quam Inſcriptiones probant. Ut igitur hanc noſtram opinionem teſtimoniis confirmemus prodeat *Virgil. lib.* 3. Æneid. ita canens:

*—— —— —— ſtant manibus aræ*
*Cæruleis mæſta vittis atraque cupreſſo.*
*Et circum Iliades cinerem de more ſolutæ*
*Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte*
*Sanguinis & ſacri pateras:*

Et quibuſdam interjectis hæc de ARA SEPULCHRALI occurrunt.

*Libabat cineri Andromache Maneſque vocabat*
*Hectorium ad tumulum viridi, quem ceſpite inanem*
*Et geminas cauſam lacrumis ſacraverat aras.*

Apud eundem *lib.* VI. *Æneid.* hic locus exſtat:

*Haut mora, feſtinant flentes, aramque ſepulcri*
*Congerere arboribus.*

*Germanus* Coment. in h. l. ſic advertit: *Aram ſepulcri dixit, quod non ſolum ſecundum ipſa ſepulcra, ſed & in ipſis ſepulcris aras*

Digitized by Google

*aras antiqui ſtruerent, in quibus* D. M. i. e. *Diis Manibus ſacra opportunius fierent.*

§. IV. Elegantiſſimus vir *Jacobus Boiſſardus part.* III. *Antiq. Rom. Tab.* LIX. è marmoribus Cæſianis ejuſmodi ARAM depictam exhibet cum hac Inſcriptione:

C. DOMIT. C. F. PAL. VERT.
V. A. XXXXI. M. VII. D. XII.
VOLUSIA SEVERA CONJUX MARIT.
OPT. ET INDULGENT.

In hac ſane Ara SIGLÆ conſpiciuntur, quæ Sepulcro ſuperaddita fuit, quæ conſuetudo valde antiqua videtur eſſe. Ad hunc ritum reſpicit *Ovid. lib.* XIX. *Metam.*

*Ante Sepulcrales infelix adſtitit aras*
*Ex qua reliquias divinique oſſa parentis*
*Condidimus terra mæſtaſque ſacravimus aras*

Ubi Poëta hujuſmodi ARAM vocat SEPULCHRALEM, partim quod propter Sepulcrum fuerit, partim etiam quod ſacra ad Sepulturam pertinentia in eadem peracta fuerint. De hac ara locus eſt accipiendus qui habetur apud *Silium Italicum lib.* XVI.

*Ipſe tenens nunc lacte ſacro nunc plena Lyæo*
*Pocula, odoriferis adſpergens floribus aras*
*Tum Manes vocat excitos.*

Seneca cognomento Tragicus SEPULCRALEM ARAM pari modo intelligere videtur *in Medea Act.* III. *Sc.* II. ſic canens:

*Vocetur Hecate! ſacra luctifica adpara*
*Struantur aræ; flamma jam teſtis ſonet*

Sic de Sepulcro *Scipionis Africani Seneca Epiſt.* LXXXVI. refert, quod *ara* ipſi impoſita fuerit. Et licet Dionyſius *Gotofredus* in hunc locum legat *arca in not. ad ff.* non tamen ipſi aſſenſum præbemus, cum potius *Seneca* Gloſſator *aram* legendum æſtimet. Hic enim *adoratam aram* & *adoratos Manes Scipionis* explicat. Adeoque *Dionyſius Gothofredus* cum aliis pluribus fallitur,



Digitized by Google

litur, dum in eo loco præſidium ſuæ opinioni quærit, à quo ipſi nihil expectandum venit.

§. V. Hiſce non poſſumus, quin aliam Inſcriptionem adjungamus, ex qua idem patere poterit. Sic ea ſe ſe habet:

P. CORNELIA ANNA
NE IN DESOLAT. ORBIT. SUPERVIVERET
MISERA VIV. ME ULTRO IN H. ARAM.
CUM VIRO CUM. Q. V. A. xx. SINE
ULLA DO. LIB. LIBERTABUSQ. NO.
UT QUOTAN. SUPER ARAM. NO.
PLUTON. ET UXORI PROSERP.
OMNIBUSQ. SACRIFICENT ROSISQ.
EXORNENT DE RELIQ. IBI EPULENTUR.

Clare ergò ex hac inſcriptione patet, Aras Sepulcris ſuperſtructas fuiſſe, quæ vel verbis vel Siglis inſcriptæ fuerunt, ut facile dignóſci potuerit, quis in hoc ſepulcro conditus & ex qua familia originem traxerit. Siglæ in hac inſcriptione ſunt *Deſolat. Orbit.* i. e. deſolata orbitate. VIV. *vivam.* H. *hanc.* Cum Q. V. *A.* xx. *cum quo vixit annos viginti.* DO. LIB. LIBERTABUSQ. NO. i. e. *domus liberis libertabuſque Nominatis.* Pluton. & Proſerp. *Plutoni & Proſerpinæ.* Adjecimus itaque notitiam Siglarum, ut eò facilius ſenſus percipiatur.

§. VI. Ejuſmodi inſtitutum priſcæ Eccleſiæ Chriſtiani ſedulo ſecuti ſunt. Nam iſti in Martyrum ſuorum ſepulcris altaria quoque erexiſſe leguntur. E multis locis, quæ fidem huic noſtræ opinioni facere poſſunt, aliquot ſaltem arceſſere placet. Audiamus *Prudentium libr. Periſtephan. Hymn.* III. ita canentem:

*Sic venerarier oſſa libet*
*Oſſibus altar & impoſitum.*

Idem *in Hymno* v. *de Martyrio S. Vincent. in coronat. Hippolyti. Martyr. Hymno.* x. quæ loca omnia ſatis oſtendunt, Aras ſepulcris ſuperædificatas fuiſſe. Et hæc de aris ſufficiant.

§. VII. Nunc ad *Cippos* ſeu *columnas* accedimus, quibus Se-

Sepulcra ornabantur. De his *Servius Comment. in Virgil. lib.* XI. *Æneid.* agit his verbis: *Apud majores nobiles aut ſub montibus altis aut in ipſis montibus ſepeliebantur, unde natum eſt ut ſuper cadavera aut pyramides fierent, aut ingentes collocarentur columnæ.* Sic Populus Romanus in honorem *Julii Cæſaris* ſepulcrum ejus columna lapidis Numidici ornavit. Audiamus *Sueton. in vit. ejus cap.* 85. ita ſcribentem: *Poſtea ſolidam columnam prope* XX. pedum lapidis Numidici in foro ſtatuit ſcripſitque. P. P. i. e. PARENTI PATRIÆ. Ita *Cippi* poſiti, qui vel lapides, vel columnæ erecti defunctis fuerunt cum Inſcriptionibus quibus in memoriam ſibi revocabant defunctorum virtutes & merita. Unde *Horat. lib.* 1. *Satyr.* 8.

*Hoc miſeræ plebi ſtabat commune ſepulchrum*
*Pantalabo ſcurræ, Nomentanoque Nepoti*
*Mille pedes in Fronte, trecentos cippus in agrum*
*Hic dabat: Heredes monumentum ne ſequeretur.*

Cipporum etiam inſcriptionibus in fine adjiciebantur SIGLÆ quædam, quæ ſignificarent quantum locum occuparent Sepulchra & hoc ſpatium ex lapidibus videri poſſet. INF. PED. IN. AGR. PED. IN. FR. ET ANT. FR. i. e. *infra Pedes in agro, pedes in fronte & ante frontem.* H. M. H. N. S. *hoc monumentum heredes non ſequetur.* Hoc ut melius intelligatur adſcribemus ex *Johanne Baptiſta Ferretio* inſcriptionem, quam habet *in Muſis lapidariis edit. Veron.* 1672. *fol. m.* 187.

INFERENDI. IN. AREA. HUMANDI SEPELIENDIQUE
JUS POTESTASQ. ESTO, UT HUIC AREÆ
QUAM EGO DEFINII. ET A. FRONTE MACERIAM
DUXI. ET TITULUM POSUI. ULTRA EAM AREAM
ET MACERIAM IN FRONTE. IN AGRO VERSUS
LATE. P. X. RETRO USQUE AD CANABETUM
HUIC AREÆ CEDET IN QUA PEDATURA NEQUE
HUMARI NEQUE TUMULUM FIERI VOLO. UT
HABEAT EA AREA ET A TERGO ET A
LATERE ACCESSUM SUUM.

Et

Digitized by Google

Et ſic inſcribebantur etiam per Siglas monumenta, ut plebs ſciret à *Cippis* quod hæreditario jure heredipeta hunc locum, ſpatium vel agrum petere non poſſent, atque ex illo tumulatorum oſſa eruendo diſſeminare.

§. VIII. Operæ pretium eſſe duximus hoc loco Cippos quoſdam cum Siglis oſtendere, quo ea, quæ diximus clariora reddentur. Cippus itaque rudis è terra nigra, Patavio vicina, erutus ſatis indicat, Siglas in illorum Inſcriptionibus adhibitas fuiſſe, quæ hæc eſt:




Hîc certe multæ occurrunt Siglæ. In primo et ultimo extant. L. M. quæ aut *Legavit monumentum* aut *Locum monumenti* ſignant. In medio autem L. S. quod eſt *Laribus Sacrum*. Deinde in primo hæ extant. E. SEX. L. H. IN. F. P. XIIX. IN. A. P. XXXII. quæ denotant: *E Sextis Libertis habet. in fronte pedes octodecim. in Agro* pedes XXXII. triginta duos. In ultimo. Q. Q. V. P. L. ita exponi poſſunt: *Quoquoverſus pedes quinquaginta*. Et hæc ſufficiant.

Ca-

Digitized by Google

# Caput XXXV.

## De Siglis Epistolicis.

§. I. Hactenus circa Sepulchrales Siglas occupati fuimus, & varium illarum uſum conſideravimus; nunc ad alias *Privatas* nos conferimus, quæ in Epiſtolis conſpiciendæ ſunt. Hebræi & Latini ſtatim in Epiſtolis formulis Salutandi utebantur; deinde ad compellationem ſe conferebant, qua is ad quem ſcribitur, honorifice compellatur. Ipſius modus duplex vel *Vetuſtior*, vel *Recentior*. Vetuſtior erat Romanorum, quo Scribentis nomen primo loco in Caſu Nominativo, poſt ejus ad quem ſcribitur, ſive ſuperior, vel inferior fuerit, in Dativo ponebatur. Prænomen plerumque unica litera ſeu Sigla ſignabatur, ut P. M. C. i. e. *Publius*, *Marcus Cajus*. A. A. M. *Antonius. Ancus Martius.* Poſtmodum nomen Gentilitium addebatur, quod hodie cognomen dicitur. ut C. T. F. i. e. *Cornelius*, *Tullius. Fabius.* Agnomen. AF. CUNCT. *Africanus*, *Cunctator.*

§. II. Ponebatur autem nomen vel *nude* ac *ſimpliciter* ſine ullo Epitheto. v. g. C. ATT. S. *Cicero Attico Salutem* C. S. D. VAR. *Cicero Salutem dicit Varroni.* SULP. S. D. C. *Sulpitius ſalutem dicit Ciceroni.* P. S. D. T. *Plautus Salutem dicit Terentio.* PL. S. D. F. *Plinius ſalutem dicit Fabio.* vel addito nomine Dignitatis, ſi uterque & ſcribens & cui ſcribebatur, vel alteruter in Magiſtratu aut imperio eſſet. v. g. C. S. D. PLANC. IMP. COS. DES. i. e. *Cicero Salutem dicit Planco Imperatori Conſuli deſignato.* PL. S. D. C. IMP. *Plancus ſalutem dicit Ciceroni Imperatori.* C. PROCOS. S. D. M. MARC. COS. *Cicero Pro-Conſul Salutem dicit Marco Marcello Conſuli.* PLIN. TRAJ. IMP. S. *Plinius Trajano Imperatori ſalutem.* Vel epitheto addito, quo amor ſignificatur. v. g. C. S. D. TER. S. *Cicero Salutem dicit Terentiæ ſuæ.* vel C. S. D. TER. ET TULL. ET C. F. S. i. e. *Cicero Salutem dicit Terentiæ & Tulliæ & Ciceroni filio ſuo.* item. TUL. S. D. TER. ET P. TUL. D. A. S. ET C. MAT. O. SUA. SOR.



Digitized by Google

i. e. *Tullius Salutem dicit Terentiæ & pater Tulliolæ duabus animis ſuis & Cicero Matri optimæ ſuaviſſimæ Sorori.* T. ET C. F. S. D. TIR. H. ET. O. i. e. Tullius & Cicero filius Salutem dicunt Tironi humaniſſimo & optimo. & hæ Siglæ paſſim occurrunt in Ciceronis aliorumque Epiſtolis. De recentiore modo nihil dicemus qui cuivis jam notus.

§. III. Ita etiam in Exordio Epiſtolarum vetuſtior modus erat per Siglas ſcribendi. Hic conſiſtebat potiſſimum in formulis certis & in publicis quidem literis. v. g. S. V. G. E. V. i. e. *Si vales gaudeo, ego valeo.* In privatis autem. S. V. B. E. E. V. i. e. *Si vales bene eſt, ego valeo.* His accedebant aliæ formulæ. S. T. E. T. L. N. V. E. E. SUA. C. V. i. e. *Si tu & Tullia lux noſtra valetis, Ego & ſuaviſſimus Cicero valemus.* S. T. E. Q. V. B. E. Si tu exercituſque valetis, benè eſt. Plura ex Ciceronis epiſtolis ſunt petenda. In epilogo epiſtolæ plerumque Vale addebatur, quæ vox cum aliis connectebatur formulis. Et hæ vel expreſſis verbis ſcribebantur vel per Siglas, ut hoc modo.

| | |
|---|---|
| V. | Vale. |
| B. V. | Bene vale |
| V. M. T. | Vale mea Terentia |
| M. F. V. | Mi frater Vale. |
| V. M. S. E. O. F. | Vale mi ſuaviſſime & optime frater. |
| V. M. T. V. V. E. S. | Vale mi Tiro Vale, Vale & ſalve. |
| V. S. | Vale Salve |
| V. E. V. | Vale & veni. |
| V. E. M. A. | Vale & me ama. |
| D. O. U. V. | Da operam ut valeas. |
| F. U. V. | Fac ut valeas |
| C. T. D. | Cura te diligenter |
| S. T. V. T. C. | Sit tibi valetudo tua curæ |

Hæ & aliæ formulæ in epilogis ſcribebantur, quibus optabant optimam ſanitatem, ut quàm longiſſime quàm diutiſſime amicus ſalvus eſſe velit.

§. IV. He-

Digitized by Google

§. IV. Hebræorum Scripta ſi evolvimus, tunc percipimus illos SIGLIS in principio Epiſtolarum & fine uſos fuiſſe. Cum ad aliquem literas dare vellent, ſalutandi formulam adhibebant hanc שלום לך, quam per SIGLAS ita ש״ל. Ita etiam ש״ר. i. e. שלום רב *pax multa*. & י״ל quod eſt ייטב לך: benè ſit tibi. Similiter שלש״ quod eſt שלום לך שלום ſalus tibi ſit, ſalus, id eſt. Salutem plurimam tibi dico. qua formula plerumque in exordio epiſtolarum utuntur. Salutatione facta nomen perſonæ cui ſcribitur, ultimo loco exprimunt Hebræi præcedente honoris verbo ſequente Euphemia. Utrumque abbreviate & per SIGLAS indicant: illud per כמ״ר. i. e. כבוד מעלת רבי *Gloria Excellentia Rabbi*, vel ſi ſit dignior, כמה״רר. i. e. כבוד מורנו הרב רבנו. *Gloria Doctoris noſtri, Domini Magiſtri noſtri.* מורנו *Morenu* in ſupremo honoris gradu eſt, & aliis Rabbinis præeſt. Alterum per יצ״ו. i. e. ישמרהו צורו וגואלו. *Cuſtodiat eum rupes* (Deus) *ejus & redemptor ejus.* Aut ſi familiam & liberos habeat per יזיא״א. i. e. יחיה זרעו יאריך ימין אמן *Vivat ſemen ejus, producat dies Amen.*

§. V. Initio narrationis utuntur his SIGLIS ר״ד quæ ſignificant ראשית דבר *principium, initium rei.* Similiter ע״ד quo indicant ea, quæ à Latinis redduntur: *Quod attinet.* In fine antegrediuntur voti candidi & infimæ ſubmiſſionis notæ, in hunc ſenſum לא״ו מהר״ר. Sic eſt precatio minimi diſcipulorum vermiculi Jacobi filii R. Iſaac. Hoc facto annum addunt hoc modo לפ״ק. לפרט קטון *ad ſupputationem minorem.* In deſcriptione temporis communiter notant primo diem ſeptimanæ, deinde diem menſis: tertio numerum anni, ac per notam ellipſin vocabula לחדש *Menſis* & שנה Anni omittunt. Vocem יום ferè ſemper per Apocopen notant adjecta tamen virgula pro more quæ li-

 te-

Digitized by Google

teram abjectam indicat, ut אשו״ש לפ״ק י׳ ב׳ י״ב אלול. *die ſecunda* ſcil. *ſeptimanæ, duodecimo* (menſis) *Elul.* i. e. *Auguſti, anno* 611. *ſupputatione minore.*

§. VI. Ex hiſce patet, quod Hebræi, tam in Exordio, medio & epilogo Epiſtolarum SIGLIS uſi fuerint, quarum copiam jam dabimus ut

א״ה i. e. אם יעזור השם. i. e. *Si voluerit aut opem tulerit Deus: Deo volente, juvante divino Numine.* vid. *Raſche Theboth.*

אעפ״י i. e. אף על פי. *licet ita ſit, tamen.*

בח״רג. בנח״ש. i. e. בחרם רבנו גרשום *per anathema R. Gerſon.* i. e. tribus excommunicationis ſpeciebus quæ continentur in בנח״ש. ubi ב eſt præfixum & tres reliquæ SIGLÆ notant נדוי, חרם, שמתא. per *Niddui Cherem* & *ſchamatha*. de quibus *Selden.*

בע״ה. vid. Buxtorff. pag. 209.

ג״כ i. e. גם כן *etiam, ſic itidem, ſimiliter.* *Raſche Theboth.*

דר״ג i. e. דרבנו גרשום *Rabbini noſtri Gerſom.* ד. Genitivi nota eſt vid. *Buxt. de Abbrev. pag. m.* 71.

דו״ש i. e. דורש שלומך *Quærens pacem tuam. Tui commodi ſtudioſus.*

הה״ר i. e. הקדוש הרב רבינו *Sanctus ille Magiſter Magiſter noſter. Raſche Theboth*

הנ״ל. i. e. הנזכר למעלה *Commemoratus ſupra, prædictus.*

הנ״ר. i. e. הנעלה רבי *Excellentiſſimus, Magnificus* vel *Princeps ille Rabbi*

הקב״ה. i. e. הקדוש ברוך הוא *Sanctus benedictus ille* vel. *ſanctus ille celebrandus.* paſſim.



Digitized by Google

הי״ת i. e. הַשֵּׁם יִתְבָּרֵךְ *Deus, qui ſit benedictus.*

ואש״ר i. e. וְאֵלָיו שָׁלוֹם רַב. *Et ipſi ſalus multa ſit*

ולכאל״ש i. e. וְלְכָל אֲשֶׁר לוֹ שָׁלוֹם *Et omnibus ſuis ſalus ſit.*

ז״ל i. e. זִכְרוֹנוֹ לִבְרָכָה *Memoria ejus ſit in benedictionem* vid. *Raſche Theboth.*

יר״ה i. e. יָרוּם הוֹדוֹ *Exaltetur celſitudo Magnificentia ejus.*

וש״ש i. e. וְשָׁלוֹם שָׁלוֹם *& ſalus, ſalus.* i. e. *Vale etiam atque etiam.*

Hæ & aliæ SIGLÆ in Hebræorum Epiſtolis frequentiſſimæ occurrunt notatæ à *clar. Buxtorff. edit. in Inſtit. Epiſtolari Hebraica.* 1629. videri etiam de his poſſunt alii, inter quos *Raſche Theboth*, qui liber *Schindler. Lexic. Pentaglott.* annexus in fine.

## CAPUT XXXVI.

### *De* SIGLIS *ſtatuarum, publicarum & privatarum.*

§. I. Cum in præcedentibus de ſtatuarum SIGLIS nihil dictum ſit, quarum uſus tamen celeberrimus; Hinc, cum ordo poſtulet, ut de Statuis privatis agamus, operæ pretium eſſe duximus in hoc capite de SIGLIS ſtatuarum tàm publicarum, quàm privatarum quædam proferre, ſperantes, haut ingratum fore Lectoribus. Statua igitur ut ab origine ordiamur, dicitur à ſtatuendo, uti *Aſcenſius* ad illud *Virgilii.* II. *Æneid. Effigiem ſtatuêre* i. e. *erexere* inquit, *unde ſtatua dicta qua ſtatuuntur vel ſtant.* Uſurpat quoque hoc verbum *Cicero* I. *Verrin. Syracuſani ſtatuam* poſtea ſtatuerunt. vel à *ſtando.* Hoc verbo crebrò utuntur boni Authores, cum de ſtatuis loquuntur. *Horat. Satyr.* 3. II. —— *Æneus ut ſtes.*



Digitized by Google

*Valer. Flacc. Argonaut.* v. *Parvo de marmore juxta ſtat ſoror* & alii infiniti. Confer. *Edmund Figrel. lib. elegant. de ſtatuis illuſtrium Romanor. edit. Holm.* 1656. qui capite 2. & 3. de formis & generibus illarum pluribus diſſerit.

§. II. Publicæ ſtatuæ Regibus & Imperatoribus vivis aut poſt mortem erigebantur ab aliis, quibus nomina Dedicantium ſubſcribebantur SIGLIS. v. g. HUIC ORDO MUNICIPII FLAVII ARVENSIS OB MERITA. LAUDATION IMPENSAM FUNERIS LOCUM SEPULTURÆ ET STATUAM DECREVIT. Hæc plenis verbis inciſa fuit Statuæ; Verum SIGLIS quoque utebantur, uti conſpicimus ex hac Inſcriptione: CIV. INTEAMNANÆ CIV. UTRIUSQ. SEX. AER. COLL. POST OB. H. P. D. i. e. *Cives Inteamnanæ civitatis utriuſque Sexus ære collato poſt obitum Hujus Patrono dedicarunt.* vel alia cujuſdam Fabii: QUÆ EX. D. D. TARR. QUOD FACTUM POST M. E. P. E. i. e. *Quæ ex Decreto Decurionum Tarraconenſium, quod factum, poſt mortem ejus poſita eſt.* Similiter ex his SIGLIS cognoſcere poſſumus an propria vel aliena pecunia Statua erecta fuerit. Si propria hæ SIGLÆ exſtabant. S. P. P. P. S. C. i. e. *Sua pecunia propria poni ſibi curavit.* Sin verò aliena; ita inſcribebantur ſtatuæ. P. M. A. M. IMP. P. P. STA. ÆR. COLL. P. P. E. i. e. *poſt mortem ad memoriam Imperatoris poſtulante populo ære collato publice poſita eſt.*

§. III. Penes quos autem poteſtas fuerit decernendi diſpiciemus. Ab initiò Urbis Reges ſibi ipſis poſuiſſe ſtatuas *Plinius lib.* xxxiv. 6. aſſerit. Sed poſt ejectos Reges jus illud penes Senatum populumque Romanum erat. Permanſit hæc poteſtas apud Senatum uſque ad tempora Imperatorum, Senatus jura ad ſe trahentium, ſine quorum reſcripto nullam ſtatuam erigere licebat. Itaque in titulis legebatur, quod ab Imperatoribus juſſum fuerit, uti patet ex Inſcriptione ſtatuæ *Saturnini ſecundi*:

**OB EGREG. E. IN R. P. M. D. D. N. N. VALENTIN. ET VAL. VICTOR. ET TRIUMPHAT. S. AUG. STAT. S. A. C. L. Q. J.**

i. e.

Digitized by Google

i. e. *Ob egregia ejus in Rempublicam merita Domini noſtri Valentinianus & Valens Victores & Triumphatores ſemper Auguſti Statuam ſub auro conſtitui locarique juſſerunt.* Interim tamen Senatus aliquam Authoritatem hac in re conſervavit, ita tamen ut ab Imperatoribus poteſtatem peterent, uti conſtat ex hac Inſcriptione: D. D. N. N. ARCHAD. ET. HONOR. FELICISS. AC DOCTSS. IMPP. SEN. PET. STAT. IN. FOR. DIV. TRAJ. ER. COLLOCAR. JUSSERUNT. i. e. *Domini noſtri Archadius & Honorius feliciſſimi ac Doctiſſimi Imperatores Senatu petente Statuam in Foro divi Trajani erigi collocarique juſſerunt.* Confirmat hoc etiam alia: HUIC SEN. AUTOR. IMP. TRJ. AUG. GERM. DAC. TRIUMPHALIA ORNA. DECR. STATU. P. P. P. C. i. e. *Huic Senatus Authore Trajano Auguſto Germanico Dacico Triumphalic. Ornamenta decrevit ſtatuam pecunia publica ponendam curavit*, vel *cenſuit.*

§. IV. Hinc ſæpe in Inſcriptionibus ſtatuarum publicarum hæ Siglæ reperiuntur. S. P. Q. R. D. i. e. Senatus populuſque Romanus decrevit, uti ex hoc titulo patet: L. Ranio. L. F. POBL. OPTATO V. C. COS. ORD. CUR. R. P. NOLAN. CUR. PEC. P. XV. VIR. SACRIS FACIUND. PATRONO R. P. III. VIRO AD AGR. DIVID. X VIRO STLITIB. JUDICAND. STAT. EX AER. S. P. Q. NOLAN. D. D. vel etiam hæ. EX D. D. D. D. i. e. *ex decreto Decurionum dederunt.* uti EX AER. COLL. STAT. P. C. D. MUN. CÆS. Ex his itaque luce meridiana res clarior, quod veteres in Inſcriptionibus Statuarum Siglis uſi fuerint.

§. V. De ordinibus civitatum, penes quos poteſtas fuerit decernendi ſtatuas, hoc legimus, quod ſi quis ſtatuam ponere vellet, veniam prius ab ordine impetrare debuerit; quare in Inſcriptionibus in fine additur, Impetrata venia ab Ordine ſtatuam D. S. P. P. *de ſua pecunia poſuerunt.* Ordo autem nihil aliud erat, quàm Senatus civitatis à quo Plebs petebat veniam ſtatuas collocandi. Hinc ultimæ verba adjiciuntur PLEBS URB. plebs urbana U. PLEBS. BENVENT. C. P. i. e. *Univerſa plebs Beneven tana cenſuit ponendam*, ſcil. ſtatuam.

Quæ

Quæritur, an etiam à PRIVATIS ſtatuæ publice erectæ, quod pluribus teſtimoniis affirmat *Edmund. Figrel. de ſtat. pag. m. 79.* Mentionem tantum faciemus unius:

A. POMPEJO A. F. ET TESTAM. L. LUCINI
T. F. STATUA STATUT. EST.

De his videri poſſunt *pag.* 79, 80, 81, 82. 83. *ſeq.* confer. *Jan. Gruter. & Reineſ. Inſcript.*

§. VI. Erigebantur Statuæ omnibus, qui de Republica optime meriti. Magiſtratui non ſolum, ſed etiam Literatis, *Sacrorum Interpretibus, Juris peritis, Medicis, Philoſophis, Rhetoribus, Poëtis & Grammaticis.* Unam vel alteram afferemus.

C. CLAUDIANI. V. C. CL. CLAUDIANO. V. C.
TRIBUNO ET NOTARIO ---- OB JUDICII SUI
FIDEM. D. D. N. N. ARCHAD. ET HONOR. FEL.
ET DOCTISS. IMPP. SEN. PET. STAT. IN FOR.
D. TRAJ. ER. COLLOC. Q. JUSS.

Ita, ubi plebs alicui ſtatuam erigi curaſſet hæc formula per Siglas adſcripta videtur

L. VALER. L. F. ---- PLEBS UNIVER. MUNICIP.
HISTON. STAT. ÆR. CONL. DECR. CURAT. R. P.

i. e. *Lucio Valerio Lucii filio plebs univerſa Municipum Hiſtonienſium Statuam ære collato decrevit Curatoribus Reipublicæ.* Et ſic porrò de aliis ſentiendum.

§. VII. De ſumptibus Statuarum jam diſquirendum eſt. Audivimus & vidimus *Statuas publicas* vel *privatas* eſſe. Quæ itaque publice & ſolenniter decretæ erant, plerumque publicis ſumptibus erigebantur. Hinc illæ in titulis Siglæ formulæ. ST. P. P. P. *ſtatuam publica pecunia poſuit* ST. P. P. P. C. *ſtatuam publica pecunia ponendam cenſuit.* ST. LOCAR. S. P. P. *Statuam locari ſumtu publico placuit.* S. P. ST. ER. C. *Sumptibus publicis ſtatuam erigi curavit.* S. COLL. vel ÆR. COLL.

Digitized by Google

COLL. ST. F. C. E. J. *Sumtibus collectis vel ære collecto ſtatuam fieri curavit & juſſit.* Fiebat autem nonnunquam, ut nonnulli honore contenti publico impenſis parcerent, & hunc honorem recuſarent; Teſtantur id in monumentis antiquis Siglæ, uti refert *Barnab. Briſſon. lib.* 8. *antiq. formul. pag. m.* 725. H. C. I. R. i. e. *Honore contentus impenſam remiſit.* vel H. A. I. R. *honore accepto impendium remiſſum.*

§. VIII. Remiſſo itaque ſumtu Reipublicæ, ſtatuas propria pecunia aut ipſi adhuc vivi ponebant, aut per alios poni curarunt, uti inſcriptio Narbonenſis teſtatur.

DEC. IIIIII VIR. AUGUST. P. OLIT. APOLLON.
IIIIII VIR. AUG. ET. NAVIC. C. I. P. C. N. M. OB.
MERIT. ET LIBERAL. EJUS QUI H. DECR. USUS
I. R. E. ST. D. S. P.

Cum itaque in hac inſcriptione multæ occurant Siglæ, enucleabimus illas, ubi primum DEC. IIIIII. AUG. ſignificant, *Decius quintumvir Auguſtalis.* Deinde P. OLIT. APOLLON. IIIIII VIR. AUG. ET NAVIC. C. J. P. C. N. M. notant, *Publio Olitio Apollonio ſeviro Auguſtali & Naviculario Colonia julia patria Claudia Narbonenſis Martia.* Ultimo QUI H. DECR. USUS I. R. E. ST. D. S. P. i. e. *qui honore Decreti uſus impendium remiſit & ſtatuam de ſuo poſuit.*

§. IX. Si propinqui aut hæredes poſt mortem ob merita ex Decreto honore ponerent, ita ſtatuis inſcribi curabant, ut mentio fiat veniæ impetratæ & deinde addatur de ſua pecunia, uti in ſtatua *Antonino Pio* poſita *Peruſia in Umbria* hæc leguntur: H. C. I. R. E. IMPETR. VEN. AB. ORD. PERUS. O. M. Q. P. D. S. P. P. Quæ juxta Siglas ita legenda. *Honore contentus Impenſam remiſit & impetrata venia ab Ordine Peruſianorum Optimo maximoque Principi de ſua pecunia poſuit.* Hoc etiam monendum quod interdum bene meritis viris, qui H. C. *honore contenti*, ſumptibus publicis pepercisſent ipſi DECURIONES de ſuo poſuerint his Siglis inſcriptis. Cum is H. C. S. P. PEPERC. DEC. E. S. P. i. e. Cum is *honore contentus ſumptibus publicis pepercisſet Decuriones ex ſuo poſuerunt.*

*runt*. Quandoque ex publica pecunia; interdum ex ære, quod populus colligebat Statuæ erigebantur. Utrumque genus una Inſcriptio Cujuſdam *Arruntii* indicat. HUIC DECUR. DUAS STAT. ALTERAM E. P. P. i. e. *ex pecunia publica*. ALTERAM, E ÆR. POP. COLL. IN FOR. P. DECREV. i. e. *ex are populi collecto in foro ponendas decreverunt*.

§. X. Non ſolùm autem Romæ, ſed etiam in Provinciis & Municipiis Romanis ſtatuæ ponebantur, quamvis Romæ poſitæ honorabiliores habitæ fuerint. De Provinciis & Municipiis mónſtrant antiquæ Inſcriptiones, in quibus hæ formulæ leguntur.

M. FABIO. M. F. GAL. PAULINO. EQUO PUB.
DATO. AB. IMP. CÆS. HADRIANO AUG. ILERDENSES
CIV. O. OB PLUR. LIBERAL. IN R. P. S. L. A.
PROVINC. IMPETR. P. D. D. Q.

Priora verba hujus Inſcriptionis intellectu facilia, ſed poſteriora explicatione opus. CIV. O. i. e. *Civi optimo ob plurimas Liberalitates in Rempublicam ſuam loco à Provincia impetrato poſuerunt dedicaruntque*. Ita locus aſſignabatur ab ORDINE Municipii, ubi ſtatuæ ſint erigendæ. Teſtatur hoc Inſcriptio: HUIC ORDO MUNICIPI CENAS PUBL. DECREV. E. L. IN QUO STAT. S. UX. LIB. Q. P. L. ASSIGN. P. C. i. e. *Et locum, in quo ſtatuas ſibi, uxori Liberiſque poneret loco aſſignato ponendas curavit*.

§. X. Leguntur quoque ſæpe hæ SIGLÆ teſte *Barnab. Briſſon. lib. 7. antiq. formul. pag. m. 726*. L. D. D. D. i. e. *Locus datus Decurionum Decreto.* uti *T. POPILIO* T. F. E. ÆR. CONL. L. D. D. D. *Tito popilio Titi filio ex are conlato locus datus decurionum decreto*. Ejus autem, qui alteri ſtatuam peteret, arbitrio relictum interdum fuit, locum eligere, ubi vellet. Ita ſi peteret *lucum*, concedebatur, ut ſtatuam bene de Republica meriti ibi poneret, uti ex hoc patet: *In Gratiam Claudii Maronis* LUC. AD. STAT. P. ELECT. *Lucus ad ſtatuam ponendam electus*. Ita etiam forum eligebatur. Sic in illo decreto de ſtatua A. cujuſdam *Quintilis* ſub *Frentino* legitur:

Digitized by Google

tur: HUIC STAT. P. P. IN FOR. UBI. I. VELL. *Huic ſtatuam publice ponendam in foro ubi ipſe vellet.* Quæ a Senatu Populoque Romano Imperatoribus erigebantur, illis in fine addebantur SIGLÆ hæ: S. P. Q. R. uti *Arcadio*, *Honorio* & *Theodoſio* AUGGG. talis erecta fuit. Interdum privati privatis ſtatuas ſuper arcubus erexerunt, uti patet ex his:

MELIA ANNIANA IN. MEMOR. E. LAEPICI Q. F.
SER. BASSI. MARITI SUI EMPORIUM STERNI ET
ARCUM FIERI ET STATUAS SUPERPONI.
TEST. JUSS. EX HS. DCDXX. PR.

§. XI. Sin autem plebeji in civitatibus aut corpora ſive collegia, vel alia hominum genera, quibus in publicum aliquid decernendi poteſtas nulla fuit, illi ut ponendæ ſtatuæ facultatem haberent, petebant, ut à Magiſtratu acciperent. SIGLÆ hoc in loco erant. P. C. N. i. e. *potere communi nomine.* Deinde Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. i. e. *Quid de ea re fieri placeret, de ea re ita cenſuerunt.* In his Statuis nomina eorum quibus erigebantur ſcripta legebantur & eorum, qui decreverunt. Hinc formulæ variæ. S. STAT. HON. *Senatus ſtatua honoravit.* S. C. *Senatus cenſuit.* S. P. Q. R. P. *Senatus populusque Romanus poſuit.* C. DEC. PL. ORD. CORP. COLL. MUNIC. INCOL. CLIEN. M. UX. H. A. DECR. F. STAT. i. e. *Civitas, Decuriones, Plebs, Ordo, Corpus, Collegium, Municipes, Incolæ, Clientes, Maritus, Uxor, Heres, Amicus Decreverunt faciendam ſtatuam.* C. P. STAT. *Curarunt ponendam ſtatuam.* C. C. L. Q. J. P. COLLOC. D. D. *cenſuerunt conſtitui locarique juſſerunt, poſuerunt, collocaverunt, dedicarunt.*

§. XII. Cogimur hoc loco etiam oſtendere, quomodo res geſtæ & Elogia titulis inſerta fuerint, cum totas inſcriptiones huc afferre tædioſum foret. Leges itaque ſæpe hæ erant:

OB EGR. I. R. P. M. *ob egregia in Rempublicam merita.*
OB. M. NOB. *ob meritum Nobilitatis*

| | |
|---|---|
| OB. M. J. ELOQ. Q. | *ob meritum juſtitiæ eloquiique.* |
| OB. INSIG. B. F. | *ob inſignia beneficia.* |
| OB. SING. B. F. | *ob ſingularia beneficia.* |
| OB. INSIG. G. | *ob inſignia Geſta.* |
| OB. ILL. M. | *ob illuſtria merita.* |
| OB. AMOR. I. C. | *ob amorem in cives.* |

Interdum etiam Sportulæ vel convivia jubebantur & dabantur. De cænis publicis loquitur Inſcriptio hæc:

CENTURIONES LEG. II. TRAJ. FORTISS. OPT.
IN CUJUS DED. CÆNAM. COL. DED. L. D. D. D.
Sicut & illa COLONI OB. MER. EJ. IN CUJUS DED.
CÆN. COLL. DED. L. D. D. D.

Siglæ autem hæ teſte *Briſſonio. lib. 7. pag. m.* 726. L. D. D. D. notant *Locum Decreto Decurionum datum.* Deinde certa quædam Summa pecuniæ erogabatur, uti Inſcriptiones variæ teſtimoniis approbant, ubi in fine adduntur hæ Siglæ. DEC. SING. HS. VIII. N. MUNIC. ET INCOL. SING. HS. IIII. vel. DEC. SING. HS. XXX. IIIIII VIR. ET AUGUST. SING. HS. XII. PLEB. SING. HS. IIII. vel DEC. SING. HS. IIII. N. PLEB. HS. II. N. L. D. D. D. confer. *Briſſon. l. c. Don Anton. Agoſtini Diſcorſi ſopra il medaglie. edit. Rom.* Sæpe quoque in Teſtamento legabantur quot impendi deberet in convivia, ludos vel alias res. Ut itaque multa paucis oſtendam, aſſeremus huc Teſtamentum à Lucio Cæcilio factum, quod nobis exhibet cit. *Auguſtin. p.* 175.

L. CAECILIUS L. F.
PAP. OPTATUS
7. LEG. VII. G. FEL.
ET 7. LEG. XV. APOLL
MISSUS HONESTA

MIS-

MISSIONE. AB. IMP. M.
AUR. ANTONINO ET AUR.
VERO AUG. ATLECTUS AB ANTE (ante ſcriptis)
INTER. IMMUHES CONSECUT
I NH ONOR ES A EDILICIOS
II VIR. III. FLAM. ROMÆ
DIVORUM ET AUGUST ORUM

QUIR. P. BARC. A. EG. DOLEGO
DARIQ. VOLO X VII D EX
QUORUM USURIS SEMISS B US
EDI VOLO QUODA NNS SPECTAC.
PUGIL. DIE IIII. IDUUM JUNI
USQ. AT X CCL. ET EADEM DIE
EX xcc. OLEUM N TERMS PUB LC.
POPULO PRAEB RI E E CTA PRA ES
TARI EA CONTICIONE VOLO, UT
L B ERT MEI E MI BERTORUM MEORUM
LBERTARUM QUE L B ERTI QUOS C
HONOR
L. D. D. D.
SEU RATUS CONTIGERIT. AB OMNB US
MUNER B US SEVIRATUS EXCUSATI SNT

Cognoſcimus hinc quod Veteres in legatione pecuniæ ad convivia vel ludos pertinentis certam ſummam conſtituerint, quæ vel in erigenda Statua & ſumptibus conviviorum requirebatur. Plura quidem addere poſſemus, ſed placet huic capiti colophonem addere, cum adhuc plura reſtant, quæ conſideranda occurrunt.

## Caput XXXVII.

### *De* Siglis *privatis* Oeconomicis *& quidem* Ædium, Museorum, Pavimentorum, Vinearum, hortorum,

§. I. Veteres non ſolùm eleganter ædes exſtruebant, ſed etiam Titulis ſeu Inſcriptionibus exornabant in memoriam priſtini Domini, qui illam ædificaſſet. Hunc ritum antiquiſſimum fuiſſe teſtatur *Martin. de Roa. in Singular. lib.* 4. *pag. m.* 411. ubi ita diſſerit: Apud Hebræos in more poſitum, ut Ædes & alia ejuſmodi Dominorum titulis ad memoriam poſteritatis inſcriberentur. 2. *Sam.* XVIII, 18. Porrò Abſolon erexerat ſibi, cum adhuc viveret titulum. Marmoream putat Joſephus fuiſſe ſtatuam, nominis Inſcriptione notatam, tituli vocabulum indicat, de quo *pag.* 657. de die natal. ſacr. & profano agit. Alii verò pulcrum magnificumque ædificium eadem inſcriptione inſignitum. Quorſum verba *Pſalm.* XLVIII. trahi poſſunt: *Tabernacula eorum in progenie & progenie: vocaverunt nomina ſua in terris ſuis.* i. e. ædificiis, Villis poſſeſſionibuſque terrenis nominis ſui titulos indiderunt; ut illud ad æternitatis memoriam permaneret.

§. II. Uſitatiſſima adhuc eſt conſuetudo hæc, qua plerumque ædificantes Januis incidi curant nomina per Siglas, ubi mox A. H. M. M. H. C. H. M. & alia plurima nomina conſpicimus addita A. M. D. LII. vel alio numero. Vel etiam votum per Siglas inſcribunt, uti Schmalkaldiæ in ædibus *D. Neunesii* ubi hæ Siglæ extant. W. S. H. N. G. U. B. A. V. D. W. S. E. S. B. W. G. W. E. Has literas diu aſpe-

xi-

Digitized by Google

ximus, donec in memoriam veterum rythmum revocaremus: wir ſind hier nur Gäſte und Bauren allzeit veſte: Da wir ſolten ewig ſeyn bauen wir gar wenig ein. Ita ſæpe etiam hæ: D. H. S. I. G. H. Diſſ Hauſſ ſtehet in Gottes Handt G. B. E. F. F. U. B. Gott behüte es für feuer und Brandt. Et quis omnes privatarum ædium SIGLAS enarrare vellet, cum ubique locorum tales reperiantur.

§. III. Morem hunc Noſtrates à Veteribus didiciſſe extra omnem dubitationis aleam ponimus. Ut autem Veterum morem ob oculos ponamus, Inſcriptiones quaſdam in medium proferemus, & patebit, nos vera dixiſſe. *Himera* in domo privata *Nicolai Marturana* juxta Eccleſiam parochialem marmor cum hac Inſcriptione STEN. ÆD. i. e. Stenii Ædes: fuit autem *Stenius* apud Thermitanos vir primarius, & nomine ſuo ſignavit lapidem. Deinde *Mettinga* circum fores domus privatæ in gyro ſcriptum.

NEPOT. DIVI. ANTONINI. PII. MAG. FILIO
M. AVR. SEVERO ALEXANDRO PIO. FEL. AVG.
PONTIFICI MAX. TRIBUNICIE POT. COS. PATRI
CIV. ARG. AQ. AB. L. EUG. XVII.

Sic etiam in aliis SIGLÆ ſcriptæ obſervabantur, de quibus *Smetius in antiqnit.* præcipue *Ordin.* IV. & multis aliis. Quem Lectores evolvere velint rogamus.

§. IV. Hactenus de titulis Ædibus inſcriptis honeſtioribus egimus. Occurrant tamen etiam quæ turpitudinem involvunt. Si cui domus eſſet venalis pendente à ſummo Januæ tabula proſcribebatur facienda locatio. *Plaut. Trinumm. Act.* I. *Sc.* II. *v.* 131.

*Me abſente atque inſciente in conſultu meo*
*Ædes Venales hacce inſcribit literis*

Si Venales eſſent facile conjecturare poſſumus has SIGLAS tabulæ inſcriptas fuiſſe ÆD. VEN. i. e. *Ædes Venales.* ſeu V.

S. H.

Digitized by Google

S. H. *Venalis ſub haſta*: vid. *Briſſon. formul. lib. 6. pag.* 510. ſeq. conf. *Sagittar. de Jannis Veter. pag. m.* 200. *edit. Jenenſ.*

§. V. Non ingratum faciemus ſi de meretriciis titulis aliquid dicamus, quod ad Sacrarum conducere poteſt intelligentiam literarum. In *lupanari* cujuſque cellæ foribus propudii nomen, quod ibi quæſtum meretricium faceret, inſcribebatur, ut ſi *Apollonia* vocaretur ita ſcribebatur CEL. APOLLON. CEL. RUF. *Cella Rufinia*; cum digna non tantum eſſet janua, ſed & ipſum proſtibulum, cujus fronti candenti ferro nigrum Θ præfigeretur. Verum extra dubium cellas ſcortorum nomine inſcribi ſolitas. Docet hoc *Tertullian.* in *lib. de pudicit. Ubi proponetur liberalitas iſta? ſub ipſis libidinum januis*, ſub ipſis libidinum titulis. *Juvenal. de Meſſalina* in lupanar eunte *Satyr. 6. lib. 2. v.* 122. 123. ita canit:

*—— —— —— tunc nuda papillis*
*Conſtitit auratis titulum mentita Lyciſca*

Videmus ex his *Lyciſca* nomen Cellæ inſcriptum fuiſſe teſte *Scalig. in proem.* 5. conf. *Cornel. Schrevel. annot. ad. h. pag. m.* 174. *edit. Lugd. Batav.* 1648.

§. VI. Nomen enim ſimul cum pudore exuebant, quod Parerg. 10. *Alciat.* obſervavit ex Plauto: *Namque hodie earum mutarentur nomina*
*Facerentque indignum gerere, quæſtum corpore*

Item *Seneca in controverſ.* 1. non ſemel: *Meretrix vocata es, in communi loco ſtetiſti, ſuperpoſitus eſt cellæ tuæ titulus.* Deinde etiam: *Educta es in lupanar; accepiſti locum, pretium conſtitutum eſt, titulus inſcriptus eſt.* conf. *Sagittarii libell. de jannis veter. pag. m.* 201. *edit. Jenenſ.* Quo etiam ſpectat *Martial. lib.* XI. *Epigram.* 45. qui puerorum & fæminarum meritorium cellis inſcribi titulos docet:

*Intraſti quoties inſcriptæ limina cellæ*
*Seu puer arriſit, ſive puella tibi*

Ubi *Cornel. Schrevel. edit. Lugd. Batav.* 1661. *pag. m.* 631. addit: Titulum profeſſæ & habentis nomen inſcriptum lupæ, quæ ibi merebatur.

§. VII. Non ſolùm verò titulum inſcriptum, ſed meretricis etiam in fronte pependiſſe teſtatur cl. *Th. J. ab Almeloveen*

*in*

Digitized by Google

*in antiq. Sacro-profan. edit. Amſtel.* 1686. *pag. m.* 40. aliquando, inquit, utrumque inſcribebatur: de *Tarſia* lego apud *Velſerum* in *vit. Apollonii Tyrii pag.* 695. *Et vocavit villicum puellarum & ait? Ancilla, quæ præſens eſt, exornetur diligenter & ſcribatur ei titulus: Quicunque Tarſiam devíolaverit, mediam libram dabit, poſtea ad ſingulos ſolidos populo patebit.* Notat tamen *Durantius Caſellius* ex *Seneca Controverſ. l.* 1. *Controv.* 2. Nomen tuum pependit in fronte, pretia ſtupri accepiſti, & manus quæ Diis datura erat ſacra, capturas tulit. Sunt etiam qui putent, ad hunc morem alluſiſſe Prophetam Jeremiam *cap.* III. cum dixit: *Frons mulieris meretricis facta eſt tibi*, noluiſti erubeſcere. Sed longe aliter ſentimus, nam nomen non in meretricis pependit fronte, ſed cellæ, frontem enim domus veteres dixiſſe vulgare eſt. Plura qui legere vult evolvat *Almeloveen. pag.* 40. 41.

## CAPUT XXXVIII.

### *De* SIGLIS VESTIUM.

§. I. ÆDium SIGLAS vidimus. Nunc ad ea, quæ in ædibus ſunt perluſtranda accedimus. In iis autem primo occurrit homo nobiliſſima Dei creatura, quæ veſtibus induta ingreditur. Hinc variis ornamentis illas pingunt homines, inprimis autem & illud notatu dignum, quod certas SIGLAS illis intexerint. Teſtatur hoc *Salmuth comment. ad Pancíroll. part.* 2. *pag. m.* 253. cui calculum addit album *cl. Zimmermann. in Florileg. ſuo pag. m.* 761. ubi ex *Plin. lib.* 13. *c.* 11. ſic diſſerit: *& tamen malunt Parthi* veſtibus literas intexere. vid. *Martin. de Roa Singular. part.* 2. *lib.* 3. *pag. m.* 398. In quem *Plinii* locum *Johann. Hardwin. T.* 3. *in Plin.* optime ſcripſit.

§. II. Ex his ſatis conſtaret, quod Veteres veſtibus SIGLAS intextas habuerint; Verum ut hanc noſtram opinionem pluribus teſtimoniis probemus, prodeat *Suidas* de τριβωνοφόρῳ. Ὁ φορῶν ςολὴν ἔχουσαν σημεῖα ὡς γράμματα i. e. *gerens ſtolam ha-*

 *ben-*

*bentem ſigna ut literas*, ubi pro χαμμάτια quidam legunt χάμματα habentem ſigna Gammæ Γ. Sed & plures aliæ literæ ſeu SIGLÆ intexebantur, ut obſervari poteſt in picturis veterum cæmiteriorum, quas exhibet *Boſius in Roma ſubterranea*, ubi ſæpe I literam, aliquando τὸ H, ſæpe T. aut X. aut alias literas laciniis palliorum intextas videmus, ut Muſivo Triclinii Leoniani, in pallio *D. Petri* τὸ L. in aliorum palliis aliæ literæ rubro colore ſcriptæ ſunt. Ita *Boëtius lib.* I. *de Conſolat. de veſtibus Philoſophiæ*: Harum in extremo margine Π, in ſupremo verò Θ legebatur intextum, atque inter utraſque literas in ſcalarum modum gradus quidam inſigniti videbantur, quibus ab inferiore elemento ad ſuperius eſſet aſcenſus. Hæc ex doctiſſimo *Rubenio de re Veſtiar. lib.* 1. *c.* X. exſcribi operæ pretium eſſe putamus.

§. III. Hinc etiam doctiſſimus vir ſuſpicatur, Græcis in uſu fuiſſe, SIGILLA ſeu MONOGRAMMATIA patriæ aut gentis ſuæ tanquam inſigne palliis intexere, ut in bello & clypeis ſuis primariam patriæ ſuæ literam præferebant, quod ex *Xenophonte* conſtare putat *lib.* IV. *Hiſtor. Græc.* Quo à quibuſdam trahi poſſet locus apud *Feſtum de Toga Fulgurita & maculata* K. Θ. quod aliqui intelligunt de veſte καταχθονίων θεῶν quæ voces mali erant ominis. Sed integra nomina aliquando intexebantur: *Apocal. cap.* XIX, 17. occurrit Tunica Chriſti, in qua ſcriptum erat REX REGUM & DOMINUS DOMINORUM. Mos ille colligi poteſt ex *Vopiſco in Carino.* Inſcriptum eſt, inquit, adhuc eſt in pallio nomen MESSALLÆ & Uxoris. Hoc etiam docet *Plinius lib.* XXXV. *c.* 9. quem etiam *celeb. Braun. in erudito ſuo ſcripto* citat. *lib.* I. *de veſtit. Sacerdot. Hebr. cap.* XVII. *pag. m.* 307. *Martin de Roa Singul. part.* 2. *lib.* 3. *pag.* 398. opes tantas acquiſivit Zeuxes, ut aureis literis in palliorum teſſeris intextum nomen ſuum oſtentarit.

§. IV. Sic apud *Anaſtaſium* Bibliothecarium in Pontificiali *in vit. Leonis* IV. *ſuper altare fecit veſtem cum aureis per circuitum orbiculis, quibus inſigne Præſulis nomen ſcriptum.* Cum ergo LITTERATÆ vel SIGLIS ſcriptæ Veſtes *Philoſophorum, Sacerdotum* & *Regum*, non mirum eſt, ſi Chriſtus ſummus

mus

Digitized by Google

mus Propheta, Rex & Sacerdos *veſtes Litteratas* geſtet, habeatque inſcriptum nomen ADONAI ad illam veſtis partem femori contiguam. Non etiam χθὲς καὶ πρωΐ excogitatum illud figmentum, cui pertinacius quidam, quàm par eſt adhærent. Extat quippe fragmentum *Anonymi* cujuſdam, quod licet longum, huc tamen inſerere non gravabimur, ut rarum, & Eruditis tædioſum non futurum.

§. V. Sic ergò Anonymus de nominibus Dei Græcè diſſerit, cujus verba Latina ita recenſemus: Decem Nominibus apud Hebræos nominatur Deus. Quorum unum eſt Adonai quod eſt Dominus. Alterum JA, quod etiam Græce redditur Dominus. Aliud præter hæc eſt Tetragrammaton, quod non poteſt pronuntiari apud Hebræos, abuſive apud illos Adonai vocatur, apud nos verò Dominus. Dicunt verò inſcriptum fuiſſe Laminæ aureæ Sacerdotis fronti impoſitæ, ſicut dictum eſt in Lege cælatum ſigilli Sanctitas Domino PIPI. Alia verò nomina hæc ſunt. EL. ELOI, ADONAI SABAOTH, SCHADDAI, JAITH ESERIE & prædicta tria. Quorum eſt nomen Tetragrammaton, his ſcriptum Siglis יהוה. Hoc nomen quo Dominus deſignatur, quatuor Litteris ſeu Siglis ſcribitur, & ſignificant י *principium* ה *ipſa*, & per ו ſignificatur *in ipſa* & per ה *vivens*. conf. D. *Hieron. Epiſt.* 136. *ad Marcell.*

§. VI. Cum autem in fragmento mentio facta nominis PIPI explicandum id ratum eſſe cenſemus, quia hac voce *Deus* deſignatur, vel quia *duobus Jod* Samaritanis nomen Dei repræſentabatur, quæ ad figuram ΠΙ ΠΙ Græcorum proxime videbantur accedere. Vel voces יהיה vel יהוה à Græcis retrograda lectione & ſcriptione fuerunt uſurpatæ, unde facili lapſu ΠΙ ΠΙ fluere potuit, vel quia *Copto Ægyptii* Deum per articulum deſignabant. Cum vero ΠΙ ſit articulus [1] Ægyptiacus, hinc fieri potuit, ut per ΠΙ ΠΙ deſignaretur quaſi ὁ ὁ. ſicut apud Hebræos per יה ſæpe deſignatur. Vox verò ΠΙ ΠΙ in hoc fragmento eſt indicium manifeſtum illud eſſe Venerandæ antiquitatis. Nam occurrit illa vox tantum apud *Origenem*, *Hieronymum* & in eximio iſto Codice manuſcripto Pariſienſi in quo *Propheta* ex LXX. Interpretum verſione continentur & ad ejus margi-

nem vocem illam חו חו pro יהוה, magna cum voluptate deprehenſam à *Stephan. le Moyne. diſſert.* ad locum Jerem. cap. XXIII. 6. quem pluribus vide.

§. VII. Ut igitur revertamur ad ea, à quibus paululum digreſſi, non negandum, morem antiquum eſſe, quo Siglas veſtibus inſcriberent Principes vel alii in Dignitate conſtituti. De *Mauritio Saxonum* Duce relatum legimus, voluiſſe eum ſervorum ſuorum veſtibus has Siglas intextas: V. G. M. A. quas ita interpretati ſunt: vielleicht glückt mirs auch. Hæc facta ſunt *Spiræ* in Comitiis anno MDXLIV. cum conſilia inter Pontificios & Mauritium agitarentur de opprimendo *Johanne Friderico Saxone* Electore & conferendo in *Mauritium* Electoris munere. Non inficiandum, ſæpe à perverſis hominibus Siglas perverſe explicari, uti accidiſſe ferunt *Philippo Landgravio Haſſiæ*, qui has Siglas famulorum ſuorum manticis intextas voluit. V. D. M. I. Æ. quæ ſignificant: *Verbum Domini manet in æternum.* At Philippo Faber Conſtantienſis hæc ita exprobraverat: *Verbum Domini manet im Ermel.* cui reſpondit *Philippus: Verbum Diaboli manet in Epiſcopis.* Hodie conſuetudo hæc Siglas veſtibus intexere uſitata eſt, qua Principes vel Electores ſua nomina palliis famulorum acu pingi curant, uti in *Satellitibus Elector. Moguntin.* videndum quibus inſigne & nomen per Siglas expreſſum affixum. Imò Principes militibus, eorumque pileis quos vocant granadirs mutzen nomina per Siglas intexi curant, uti cuivis patet. Induſiis & collariis Siglæ nominum adduntur, quo ab aliis cognoſcantur. v. g. videmus vel. J. H. S. vel A. M. F. C. H. S. & ut cujuſque nomen fert, ita Siglæ formantur.

## Caput XXXIX.

### De Siglis Calceorum.

§. I. Paucis Siglas calceorum perluſtrabimus. Notum enim eſt *Patritios* apud Romanos *Lunas* in calceis geſtaſſe de quibus *Anton. Bynaus lib. de calceis Hebr.* 1. *cap.* 9. *pag. m.* 129.

129. *edit. Dordrac.* cui calculum addit *Balduinus de calceo antiquo pag. m.* 78, 97. *edit. Amſtel.* 1667. Calceis ita inſignitis uſi ſunt, quod ante Lunam natos ſe crederent, vel ut ſecundis rebus elati ac ſuperbientes, mutationis fortunæ in alteram partem admonerentur. Conſentit *Albertus Rubenius de Calceo Senatorio.* Unde lux accenditur loco *Apocal.* XII. ubi Eccleſia repræſentatur ut induta ſolis radiis, ſtellis coronata & Lunam ſub pedibus habens. Geſtus, ſitus & habitus triumphantis eſt. Pedibus conculcat *Lunam*, Imperium ſcil. Romanum, cujus *Luna* ſymbolum erat, ſicut Patriciæ dignitatis & Nobilitatis Romæ. Ideò Juvenal.

> —— —— *Nobilis & Generoſus*
> *Appoſitam nigra lunam ſubtexit aluta*

confer. *Martial.* Statius & alii.

§. II. Non prætermittendum tamen, quod *Iſidorus lib.* 19. *c.* 14. aliò calceorum Lunatorum deflectat appellationem: Vult enim in iis Lunam non ſideris illius corniculantis effigiem, ſed numeri CENTENARII notam expreſſiſſe: Ut nimirum poſteri inde noſſent, in ipſis naſcentis Reipublicæ Romanæ primordiis Senatores Centum tantum numero fuiſſe. Quod & Autori Græco *Zonara* arriſit, qui Patritios ait in urbe calceos geſtaſſe corrigiarum inflexione & forma literæ C. adornatos (quod litera Græca P. quidam apud eum legunt. Ipſe autem teſte *Rubenio* per literam R. interpretatus eſt. Videatur etiam *Plutarchus*, apud quem ſtulte legitur, Patritios & Senatores Romanos pedibus geſtaſſe figuram R. nam non figuram τȣ P. gerebant, ſed figuram τȣ P. i. e. C. *Centum*, quod corniculantis lunæ figuram repræſentat & nobilitatis & Imperii Romani habebatur ſymbolum. vid. *Stephan. le Moyne. pag.* 216. *differt. ad loc. Jerem.* 23.

§. III. Sic apud *Martialem lib.* x. *epigramm.* LXXII. *pag. m.* 589. legimus *Pictorum ſoleas baſiate Regum.* Loquitur hic *Martialis* de Parthorum vel Perſarum Regibus, qui pictos ſoccos ſeu ſoleas gerebant. Hæc etiam conſuetudo notatur à *Seneca lib.* 2. *de Benefic. cap.* 12. *Stephan. le Moyne* addit, quod calceos literatos habuerint. Quod & de *Druidibus* obſervari poteſt, qui calceos geſtabant ligneos, teſte *Johanne Sauberi*

*Philolog. quondam celeberrimo in tract. elegant. de Sacrific. Gentil. cap. 9. pag. m. 208. edit. Jenenſ.* figura Pentalphæ ſeu Pentagono notatos, quorum quilibet angulus unam ex quinque literis ΥΓΕΙΑ repræſentabat. Dicebatur apud Veteres *Celtas* Druden fuſſ, *pes Druidarum*; non quod Druidarum calcei eſſent iſta figura efformati, ut vult alias doctiſſimus Elias *Schedius lib.* de Diis Germanis, (quem proxime uberioribus notis in lucem edituri ſumus,) ſed quod in illis eſſet forma Pentagoni & Pentalphæ inſculpta & effigiata, uti ex Eſaia Pufendorffio nervoſè oſtendit prælaudatus *Saubertus pag. m.* 209. Ut autem ſciant Lectores figuram, dabimus hoc modo:




## CAPUT XL.

### *De* SIGLIS *ſupellectilibus.*

§. I. Ad ſuppellectilem omnia referimus vaſa & inſtrumenta, quæ in ædibus neceſſaria ſunt, ſive vaſa ſint argentea, ſive ærea ſive figulina ſive lapidea ſive lignea, ſive ferrea. De his videndus *Guilielm. Stuck. in antiquit. Convival. lib. 2. cap. XV. fol. m. 203. ſeq. edit. Tigur.* Diligens itaque Pater familias omnibus etiam minutiſſimis inſtrumentis nomen inprimi curabat, ne vas aliquod pereat, vel furto auſferatur. Verbi gratia ſi Pater familias vocaretur *Tibullus*, vel *Julius Cajus*, vel *Mævius Criſpinus*, tunc omnibus vaſibus in ædibus ſuis inſcribi curabat nomen per SIGLAS. ut. T. J. C. M C. ex quibus facile poſſeſſor cognoſci poterat. Cum verò res

Digitized by Google

res hæreditate caſuve ad alios poſſeſſores devolverentur, qui SIGLAS mutare aut nollent, aut non poſſent, ſæpe fiebat, ut hæc regula fefellerit. At vero ſi quis poſſeſſorum majores aliunde norit ac rationem hæreditatis, facile inveniet SIGLARUM notationem.

§. II. Has SIGLAS hodierno die valde uſitatas eſſe demonſtrant Principum aulæ, ubi cuivis rei, quæ ad rem domeſticam ſeu Oeconomiam pertinent SIGLIS notantur & plerumque ſingulis literis nomina Principum impreſſa conſpiciuntur. Nonne patinæ argenteæ vel ſtanneæ orbes & calices inſignibus Principum unà cum Nominibus ſignantur, & quod nomen Princeps habet, illud vaſibus inſcribitur. v. g. ſi Princeps vocaretur Carolus Ludovicus tunc SIGLIS ita exprimeretur. C. L. vel . ita ſi Sigiſmundus Leopoldus, tunc S. L. vel . . Similiter in aliis. Pariter *Lecti, ſtragula, ciſtæ, currus, rhedæ* certis SIGLIS inſigniuntur, uti *Darmſtadii* L. E. L. H. cum inſignibus. Et ſi quis omnem perluſtraret Europam ſimile deprehendet in omnibus aulis, quod vaſa omnia SIGLIS ſignata reperiantur.

§. III. Privatas ædes ſi conſideramus, eadem obſervantur à ſedulo Patrefamilias, qui occupatus in eo, ut omnia ſua inſtrumenta domeſtica nomine ſuo inſigniantur, ne unum ex his amittatur. Laudabilis ſane mos & receptiſſimus olim & nunc. Si itaque Paterfamilias appellaretur *David Vogt.* Patinis, orbibus, ciſtis ſellis, & aliis SIGLÆ hæ inſcriptæ conſpicerentur. D. V. vel ſi *Johannes Ludovicus Hoffman.* diceretur, ita SIGLÆ formandæ. J. L. H. & ita in infinitum res procederet, ſi omnium nominum enarrate vellemus. Verum ex his paucis Lectores conjecturare poſſunt, quod SIGLÆ vaſibus domeſticis impreſſæ adhuc frequentiſſimæ ſint.

CA-

# Caput XLI.

## *De* Siglis *Artificum Opificumque.*

§. I. Olim artifices & opifices omnibus iis rebus, quas fecerant nomina ſua inſcribebant, nulla excepta. Hinc tot collegia, tot officinæ, & quæ alia ſunt, reperiuntur in antiquis vaſibus, quis ſcil. vel quod collegium vel ex qua officina illa facta atque profecta. Nomina & Officinas ejuſmodi artificum opificumque collegit ex vaſibus antiquis, quibus inſcripta fuerunt, Catalogumque nobis exhibet Alphabeticum *in antiquit. Neomagenſ. pag. m.* 164. ſeq. & aſſerit operibus præfixo nomine additam fuiſſe Siglam vel F. vel M. ubi F. ſignificat *fecit* & M. *Manus*. Si vero ex Officina quadam, tunc OFF. addebatur v. g. ſi quis *urnas*, *patinas*, *ollas* & alia inſtrumenta feciſſet, Opifex nomen inſcribebat hoc modo: ARTUSA F. *fecit*. ATT. F. Atto fecit. BIG. F. *Biga fecit*. BOUD. F. *Boudus fecit*. CELS. F. *Celſinus fecit*. Vel etiam ATTIC. M. *Attici manus*. CER. M. *Ceriali Manus*. CINT. S. M. *Cintus ſua manu*. MARCEL. M. *Marcelli manus*. Si ex officina tunc OFF. BASS. *officina Baſſi* hoc fecit. OFF. GER. OFF. CÆS. OF. CALV. OF CRES. OF PONT. OF ROM. i. e. *officina Germana*, *officina Cæſi*. *officina Calvi*. *Officina Creſti*. *Officina Pontificia*. *Officina Romana hæc fecerunt*.

§. II. Ut teſtimoniis hoc probemus, quædam adjiciemus. Quidam nomine Demetrius duos æneos tubulos confecerat, uti hoc ex Aquilejæ ruderibus conſtat, & nomen ſuum hoc modo inſcripſerat: O AQ. DEMET. F. O. In tubo pariter plumbeo in palatio Principis Savelli in balneis Domitiani reperto hæc extant.

| |
|---|
| ꟾ · AUTEJUS FORTUN. F. |

Non ſolum autem nomina artificum opificumque rebus pretioſis

Digitized by Google

tioſis inſcribebantur, poculis ſcil. aureis & argenteis, ſed etiam vilibus & figulinis. Meminit *Johannes Smetius* teſtarum & Lagenarum literatarum. Imò *tegularum* pavimentorum & canalium, quæ SIGLIS notatæ fuerint. Imbrices ſive tegulas majores in modum canalis deductas cum Inſcriptione adfert cit. *Smetius. pag. m.* 88. his SIGLIS: LEG. x. G. aut LEG. xxx. V. V. ſive VEX. EX GERM. vel VEX. BRIT. vid. *pag.* 99. ubi fragmentum addit.

A
EX GER. INF.
V

In Varano rure Stabiis repertæ tegulæ inſcriptæ nominibus

Q. LEPIDI
Q. MUTII
L. AMEL NERTONI
P. ANNOLINI.

Mediolani in tegula PANSINA fortaſſe *Paniſena* à *C. Paniſeo* figulo. de quo *Eponym. in Hermetian.* conf. *B. Reineſii Inſcript. edit. Lipſ.*

§. III. Hactenus de SIGLIS artificum Opificumque veterum; nunc ordo requirit de SIGLIS noſtrorum agere. Hîc tantum campum reperimus SIGLARUM, ut ſi centum nobis eſſent linguæ & centum manus, illas efferre & deſcribere non poſſemus. Inquirat, quæſumus, omnis, & videbit in vaſibus argenteis & aureis nomina artificum inſculpta. Jure tenetur nomen inſcribere rei, quam perfecit, ut Autor notus ſit, ſi qua fraus adfuerit. v. g. Si aurifaber *Georgius Fridericus Roth* appellaretur, per SIGLAS nomen cochlearibus, orbibus, poculis ita exprimitur J. F. R. Ita in patinis ſtanneis & orbiculis Opificum nomina per SIGLAS impreſſa reperimus v. g. Opificis nomen ſit, *Heinricus Chriſtophor Kühn*, tunc has SIGLAS H. C. K. incudi curat. Similiter in horologiis, Inſtrumentis Muſicis ſemper nomina artificum Opificumque per SIGLAS ſcripta reperientur.



Digitized by Google

## CAPUT XLII.

### *De* SIGLIS LUCERNARUM.

§. I. Noſtrum hoc loco non erit prolixe de variis Lucernarum ſpeciebus, figuris, materia & imaginibus verba facere, cum hoc inſtituti noſtri non ſit & laborem hunc ſuſceperint *F. Licetus, Johann. Smetius antiq. Neomag. Caſal. de ritib. Veter. Laurent. Polymath. lib. 2. diſſ.* 32. *Rumirez. Martin de Roa.* 2. *cap.* 14, 15, 16, 17, 18, 19. 20. *Caſius Mineral. Pontan. Attic. Bellarm. Chokier fac. hiſtor. l.* 20. 5. *Zimmerman. in Analect. pag.* 146. 280. 320. *Lipſ. l.* 1. *c.* 3. *Athanaſ. Kircher. de Lucer. Ægypt. Synt.* XX. *fol.* 540. *Tom.* 2. *Oedip. Ægyptiaci.* Sed tantum de SIGLIS Lucernarum heic paucis agemus, cum lucernæ ſint ſupellex eruditorum, qua & utuntur & delectantur. Ut enim de Doctorum virorum lucernis nunc de induſtria nihil dicamus, pretium ſanè, quod illis à quibuſdam ſtatutum, hinc intelligitur, quod *Henricus Falconius* lucernæ ſuæ uſum amæno feſtivoque carmine laudaverit, & *Juſtus Lipſius Mariæ Hallenſi* lucernam ſuam pelliceam teſtamento legaverit: qua quidem in re non potuit, quin facetis hominibus riſum deberet ac ludibrium.

§. II. In pleriſque lucernis, quas *Licetus, Kircherus, Caſal.* exhibent nullæ SIGLÆ occurrunt; verum imagine quadam hieroglyphica eleganter elaboratæ ſunt, ita, ut quemvis facile in mirum rapiant. Sin autem quædam SIGLAS habeant, ſæpe junguntur integris vocibus, iiſque non raro propriis nominibus. v. g.

ATTUSA
F.
CARTO
F.
FORTI
F.
SOILUS

F.

Digitized by Google

F.
STROBIL.
F.

Hujuſmodi antiquiſſimas Lucernas poſſedit *Johann. Smetius* quarum mentionem facit *pag. m.* 104. *edit. Noviomag. antiquit.* Et litera ſeu Sigla. F. notat *faciebat*, vel *fecit*. Aſſerit celebr. *Cyprianus Profeſſ. Helmſt. in diſſert.* de Siglis ſe non dubitare integris vocibus Artificis nomen ſignificare; Aſt ſi litera F. deſit, poſſeſſoris potius, quàm artificis nomen inſcriptum videri. Verum vix aſſenſum præbere poſſumus. Certum enim eſt, nomen Artificis vel Opificis interdum F. habere, interdum eadem carere, uti apud *Fortunatum Licet. de reconditis Lucernis promiſcue* videndum, ubi Lucernæ quædam ſine F. quædam cum litera F. reperiuntur. Ut alias omittamus; nonne quædam nominibus vel FORTIS vel STROBILI inſignitæ ſunt, quibus litera F. non adjicitur. Quis autem negare vellet, quod non FORTIS vel STROBILIUS hanc feciſſet, cum ex hiſtoriis conſtet, hos figulos fuiſſe. Ita hodienum illi, qui artem æri incidendi didicerunt, plerumque nomina imaginibus ſubſcribere ſolent hoc modo *Schenck. F.* quis hinc negare vellet, ſi litera F. non extet, & ſolum nomen *Schenck* viſui daretur, illum non eſſe artificem hujus vel illius.

§. III. Imò Helmſtadii in candelabro à devoto viro facto & in templo ceu donarium poſito hæc extabant verba: IN HONOREM DEI FACTUS, vel, Siglis ita: J. H. D. F. ubi tamen monendum, quod ultimum vocabulum *factus*, ex ignorantia Latinæ linguæ corrigendum, & credimus etiam quod correctum. Quis igitur non agnoſceret Literam F. ſignificare ab opifice quodam candelabrum eſſe factum. Non negamus tamen literam F. feliciter ſeu felicitatem denotare, quæ in votis concipiendis ceu Donaria dabantur, ubi ex præcedentibus facile conjecturandum an *fecit*, an feliciter F. denotet, uti *in Inſcript. B. Reineſii* hæc litera ſæpe occurrit.

§. IV. Reperiuntur quoque Lucernæ quæ literam O. vel

Siglas OF. præferentes habent, & *Officinam* denotant; quales récenſet *Joh. Smet. pag.* 166. & Siglis ita

| | |
|---|---|
| *O.* vel *OF. AGER.* | *O.* vel *OF. PATER.* |
| *O.* vel *OF. GER.* | *O.* vel *OF. PRIM.* |
| *O.* vel *OF. CÆS.* | *O.* vel *OF. PONTI.* |
| *O.* vel *OF. CALV.* | *O.* vel *OF. REG.* |
| *O.* vel *OF. CENS.* | *O.* vel *OF. ROM.* |
| *O.* vel *OF. CREST.* | *O.* vel *OF. L. C. VIRIL.* |
| *O.* vel *OF. L. FABU.* | *O.* vel *OF. SILV.* |
| *O.* vel *OF. L. C.* | *O.* vel *OF. PO.* |
| *O.* vel *OF. MAS.* | |

Hinc artifices *Officinam* addebant operibus & nomen, quo vocabatur; quem morem hodie adhuc obſervant *Typographi* & alii operibus nomen & officinam inſcribentes EX. OFF. PLAN. EX O. SCHELDON. FRANCF. IN. OF. ANDR. CAMB. i. e. *Francofurti in Officina Andreæ Cambieris.* Ita etiam concludere poſſumus de Lucernis; quod ubi Siglæ O vel OFF. inciſæ conſpiciuntur, illæ Officinam indicent. v. g. Sint candelabro ſeu Lucernæ hæ literæ E. OF. SILV. inſculptæ, tunc elicere poſſumus hunc ſenſum, quod ex *Officina Silvii* (artificis) ſit. Et ſic de aliis.

§. V. Porrò in Lucernis Siglarum notatio ex vocibus integris, quibus junguntur, cognoſci poteſt. Idem obtinet in laminis, *Lucernæ* appenſis. Accidit ſæpiſſime, ut Scriptura non in ipſa Lucerna, ſed in lamina quadam compareat, uti ex illa, quam *Braſſicanus in celeb. opere de veterum Religione Laribus* ſacram eſſe vult, cui affixa erat Lamina, his verbis ſignata:

LARIBUS
SACRUM
P. F. ROMAN.

Omnibus fere patet, hunc eſſe ſenſum: Laribus ſacrum publi-

blicæ felicitati Romanorum. conf. *Guilielm. du Choul. relig. vet. Rom. p.* 138.

§. VI. Roma ſubterranea *Pauli Aringhii* nobis adhuc aliam Lucernam ſubminiſtrat *Tom.* 2. *lib.* VI. *cap.* XXIX. in cujus orbe majore ex utroque medii foraminis latere adeſt piſciculus, & in manubrio loco crucis nomen Chriſti per SIGLAS ejus initiales Græcanicas X & P decuſſatas expreſſum, nempe X per P traducto ☧. Atque ita ad antiquas lampades legere eſt primos Chriſtianos Piſciculis aliquando crucem, aliquando ancoram, aliquando SIGLAS Chriſti nominis initiales addidiſſe, atque ita diverſimode unum eundemque Chriſtum & per crucem & anchoram & illas decuſſatas literas indigitaſſe.

## CAPUT XLIII.

### *De* SIGLIS ANNULORUM.

§. I. In Sigillis & annulis Sigillaribus variarum rerum imagines & literas hieroglyphicas inſculptas pro lubitu quiſque gerebat, cum literarum SIGLIS nomina propria & ſæpius dignitatis denotantibus. Maxime id Imperatores ac Pontifices in ſuis bullis ſeu majoribus Sigillis, quæ non aliter quàm Bullæ apud Romanos pueris prætextatis appenſæ: vid. *Zimmermann. Florileg. in voc. Bulla.* & *Joh. Scheffer. tr. de antiquor. Torquibus* edit. *Holm. Suecor.* Inprimis autem de bullis his pluribus egit Vir Excell. *Henric. Gunther. Thülemarus Conſil. Cæſar. Fautor & Patronus noſter obſervantia cultu deveneranda in tract. de bullis.* ubi bullarum varias ſignificationes enucleavit.

§. II. Nos hoc loco *Bullam* accipimus pro ipſo SIGILLO, quod chartis appenſum eſt. Id patet ex *c. licet.* X. *de crim. falſ.* & Synodo Romana ſub *Papa Eugenio* 2. anno *Chriſti* 826. *cap.* 18. apud *Luc. Holſten. de dimiſſoriis epiſtolis.* Cum itaque bulla deſignat *Sigillum*, ideo *Bullator* ſumitur pro SIGILLATORE apud Ictos. & *bullare* nihil aliud eſt quàm *ſigillare*



Digitized by Google

Ratbodo Epiſcopo Trevirenſi: *hanc ego epiſtolam annulo noſtræ Eccleſiæ bullare cenſuimus.* Urſus ſubdiaconus in vita S. *Baſilii Cæſarienſis cap.* 10. & *plumbo bullavit chartam illam.* Qui itaque de hac materia plura legere deſiderat evolvat Excell. *Dn. D. Henric. Gunther. Thulemar. Conſil. Cæſar. elegantiſſimum tract. de Bullis* in quo de Aureis & argenteis & plumbeis longa ſerie ex aſſe actum fuit.

§. III. Cum ergo inſtituti noſtri non ſit prolixis de his ſcribere verbis, ſed tantum Siglas illarum perluſtrare, itaque ad illas nos accingimus. His igitur Bullis inſcripta erant nomina, quandoque inſignia, aliquando etiam impreſſæ iiſdem erant Cæſarum imagines; hinc diplomata ita claudebantur: *Ad cujus rei memoriam & robur perpetuò valiturum præſens privilegium fieri & Bulla aurea typario Majeſtatis noſtræ impreſſa juſſimus communiri.* In *bulla* argentea Ludovici pii in una parte videtur protomon illius cum inſcriptione: XPE. PROTEG. LUDOV. IMP. i. e. *Chriſte protege Imperatorem.* In Bulla *Friderici Imperat.* hæc extant: FRID. D. G. ROM. IMP. S. AUG. REX JERLEM ET SICIL. vid. *Kirchman. de annulis. pag.* 50.

§. IV. Patriarcha Conſtantinopolitanus ſcripta ſua etiam plumbo ſignabat, quod diſcimus ex ſententiis Synodalibus allegatis *à Kirchmanno de annul. cap.* 8. *pag. m.* 62. ubi in Germani *Patriarcha* ita legitur: Pendebat inferne plumbea bulla habens ex una parte ſanctiſſimam Deiparam, ulnis geſtantem Dominum Jeſum, ex altera autem has *literas.* GERM. D. MIS. ARCHE. CONST. NOV. ROM. ET OECUM. PATRIARCHA. i. e. *Germanus Dei miſeratione Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus novæ Romæ & Oecumenicus Patriarcha.* Gazophylacium Canonicorum Regul. S. Genovefæ Pariſ. poſſidet Bullam plumbeam, in cujus antica Princeps effictus cum hac inſcript. KAROLUS. IMP. AGS. in poſtica in medio circulo leguntur Characteres: RENO-VATIO-REGNI-FRANCOR.

§. V. Ottonis III. Imp. Conſtitutio anno 998. de jure ac poteſtate Imperii, donatione Conſtantini & Caroli Calvi legitur in *Baron.* 12. *tom. annal. Eccleſ. ad ann.* 1191. *Lehman. Chron.*

Digitized by Google

*Chron. Spirenſ. lib.* 5. *c.* 15. cujus autographo bullo plumbea, teſte *Zimmerman. in amœnitat. hiſtor. Eccleſiaſt.* in cujus parte una ſcriptum : ODDO IMPERATOR ROMAN. in altera AUREA ROMA. hoc modo per LITERAS.



Ita Papa Romanus bulla plumbea utitur, à cujus una parte imagines Petri & Pauli depictæ cum his Siglis $\frac{P\ P}{A\ E}$ vel S. P. A. S. P. E. i. e. *Sanctus Paulus Apoſtolus Sanctus Petrus Epiſcopus.* vid. *Zimmer. amanit. hiſtor. Eccleſ.* Similiter in Diplomate *Conradi* Imperatoris, quod M. *Johannes Chriſtoph. Olearius* adduxit in Mauſoleo è Muſeo edit. Jenenſ. hæc conſpiciuntur:



Hæ & aliæ LITERÆ ſæpiſſime occurrunt *in tract. de monaſter. Wurttenberg.* qui evolvatur.

§. VI. In his Monogrammatibus plerumque eò laborabant, ut omnes nominis literas in una quaſi litera comprehenderent; ita aſſerit *Johannes Mabillon de re diplomat. l.* II. *c.* X. §. 10. his verbis: *Monogramma erat nota & character, ut cum litera unica eſſe videretur, omnes tamen nominis literas exprimeret.* Verum ſi rem accuratius perpendimus, non poſſumus percipere, unde probare velit, quod omne monogramma omnes nominis literas exprimat. Negandum non eſt, quod aliquando hoc

Digitized by Google

hoc eveniat, verum de omnibus id ſtatuere, vix veriſimile videtur. Notum eſt, antiquiſſimum eſſe morem Chriſtianorum, ut in ſignandis pactorum monumentis aliiſve Scripturis nomini ✠ crucem adjicerent, uti pluribus de hac re erudite diſſerit *Theodor. Höping: in incomparab. opere fol. m.* 44. *cap.* 2. *num.* 107, 108. *edit. Norinberg.* ubi hanc quæſtionem movet: an appoſitio ✠. Crucis in Inventariis & inſtrumentis ſit neceſſaria, & ex pluribus probatis authoribus affirmativam defendit.

§. VII. Quamvis non inficiandum, Reges & Principes conſueta cruce non contentos fuiſſe, ſed nominum ſuorum literis illam ornaſſe: Hujuſmodi Monogrammata *Daniel Papebrochius* vir doctiſſimus & de re publica literaria optime meritus *prolegom. act. Sanct. Tom.* 11. *menſ. April.* cruciformia appellat. Quem librum *Francofurti* in *clauſtro Carmelitar.* evolvere licuit, ex quo exempla ſequentia ſubjicimus Lecturis.



Primum, inquit, prælaudatus *Papebrochius*, *Caroli Magni Calvi, Craſſi*, alterum ARNULFI Imperatoris, & in utroque medius pro centro rhombus ſupplet locum Vocalium in ipſo nomine occurrentium, prout etiam in Dagobertino videre eſt. Similem formam, ſed magis ordinatam, ſervarunt Principes Capuani, Beneventani, aliique in Italia ſanguinis & nominis Longobardici, prout apud Michaelem Monachum in Sanctuario Capuano pag. 648. videre licet, & apud Ferdinandum Ughellium tom. 8. niſi quod hic ſumtibus parcens rem expreſſerit per literas ordinarias & diſſolutas in modum crucis diſpoſitas, quas originaliter colligatos haberi non dubitamus hoc modo

§. VIII. Vi-

Digitized by Google





§. VIII. Vidimus in præcedente paragrapho ex celeberrimi Davidis Papebrochii ſcriptis exempla quædam monogrammatum Imperatorum, quibus magnum numerum ex *Mabillone* & aliis addere poſſemus, ſi tempus & occaſio permitteret. Videri tamen poſſunt, quibus placet, *Octav. de Strada de vit. Imper. Sebaſt. Munſter. in Coſmogr. lib.* 3. *de Germ.* Verum, his miſſis, ad ANNULORUM SIGLAS nos conferimus, ubi notandum, quod prioribus ſeculis SIGLÆ in annulis non fuerint repertæ, quarum loco hieroglyphica uſurpabantur. Refert *Spangenberg lib.* 2. *Hennebergh. Chronick. cap.* 16. quod *Poppo Comes Henneberg. filius Bertholdi* IV. uſus fuerit in Sigillo einer eintzeln fliegender Hennen mit aufgethanen flügeln. Sic aſſerunt Doctores Davidem in inſignibus geſtaſſe Leonem; Hinc alii ab eo Regum Judæ annuli ſignatorii Leonem prætulerunt. Sequentibus temporibus Imperatores & Principes inſculpi annulis ſignatoriis curarunt effigies alicujus de Majoribus, aut amicis aut inimicis. Quin & bruta animalia & monſtra incidi annulis curarunt, uti de hac materia prolixe legi poſſunt *Fortunat. Licet. de annulis antiq. cap.* XXVII. *pag.* 139. *ſeq. edit. Utin.* 1645. *Martin. de Roa Singul. lib.* 4. *cap.* III. *pag.* 460, 461. *Joh. Kirchman. lib. de annul. cap.* XIII. *pag. m.* 107. *ſeqq. edit. Sleſvic.* 1657. idem *cap.* XI. *cap.* XII. *Joh. Henric. Urſin. in analect. ſacr. pag. m.* 89. 90. *ſeq. edit. Francof.* 1668. *Theodor. Höping. de jure inſign. cap.* X. *fol.* 714. *edit. Norinb.* 1642. Moris adhuc eſt, ut plerumque Sigillis majoribus imagi-

gines Imperatorum, Regum & Principum unà cum inſignibus addantur, uti omnibus notum.

§. IX. Non ſolum autem imagines cum Inſignibus inſculpuntur, ſed etiam literæ conſpiciuntur, quæ vel per *nomina* vel Siglas exprimuntur; & hanc conſuetudinem olim quoque uſitatam fuiſſe teſtatur *Anton. Boſius lib. 3. Rom. ſubterr. cap.* 50. qui in hæc prorumpit verba; In cæmiterio quodam, via Nomentana, ait ſe vidiſſe impreſſum calci annulum ſignatorium cum Characteribus, qui non poterant intelligi; Et hi vel erant occultæ notæ, quas CIFRAS vocamus, vel μονογράμμον aliquod, hoc eſt multis literis inter ſe complicatis ignotum nomen: cujuſmodi *Symmachum* uſurpaſſe, ipſe teſtis eſt, ſcribens ad *Flavianum* fratrem *lib. 2. epiſt.* 12. *Cupio*, inquit, *cognoſcere, an omnes obſignatas Epiſtolas meas ſumſeris eo ANNULO, quo nomen meum magis intelligi, quàm legi promptum eſt.* Erat integrum ejus nomen litterarum implicatione contractum. Et ſane, ſi hodiernum morem in Sigillis perpendimus eodem modo ſe ita habent. Quædam enim verba in ſe continent, ut FIDES. DULCIS, vel Siglas, ut G. P. L. & V. T. F. vel N. C. L. vel F. H. M. vel *imagines* vel *Sancti cujuſdam* vel *animalis.* Hodie cum inſignibus plerumque nomina per Siglas exprimuntur in annulis ſignatoriis.

§. X. Chriſtianorum veterum annulos & ſignum illis inprimi ſolitum quod attinet, *Clemens Alexandrin. lib. 3. Pædag. c.* 11. his verbis nos monet: Sint nobis ſignacula columba, piſcis & navis, quæ celeri curſu à vento fertur, vel lyra muſica, qua uſus eſt *Polycrates* vel *anchora*, quam inſculpebat Seleucus; & ſi ſit piſcans aliquis, meminerit Apoſtoli & puerorum, qui ex aquis extrahuntur. Nec idolorum ſunt imprimendæ facies, quibus vel ſolam attendere prohibitum; ſed nec enſis vel arcus iis, qui ſunt moderati & temperantes. Cæterum quod ad alios annulos, quos fideles geſtare ſolent, pertinet: Chriſti nomine duabus litteris ſic ſculptos eſſe conſueviſſe ex his, quos è ruderibus refoſſos vidimus, plane dicimus  vel . vid. *Caſ. Baron. Annal. Eccl. in anno Chriſti. 57. n. 52. tom. 1.* conf. *Joh. Kirchman. de annul. pag. m.* 119.

Digitized by Google

*m*. 119. Priori enim ævo omnes Græci & Latini nomen ſuum ita contrahebant, uti ſæpe videre eſt in fragmentis Inſcript. Latin. mediæ ætatis & Græcarum. Quin & longe priori tempore ſtante Republ. aliquid tale in nummis conſularibus obſervatum. vid. *Zimmerman. Amanit. hiſtor.* Ejuſmodi liber prodiit *Amſtelodami*, ubi modus oſtenditur nomina per literarum contractionem inſculpere æri vel argento. Luci publicæ dedit *Petr. Schenck amicus noſter colendus.* titulus eſt: *Livre nouveau pour toutes ſortes d'Artiſtes* &c. De ſignificatione Symbolica Clementis videndus eſt *Johannes Smetius in antiq. Neomagenſ. pag.* 47, 48.

## Caput XLIV.

### *De* Siglis Clavium *&* Serarum

§. I. Varia clavium genera Veteribus uſitata fuiſſe conſtat. Communes claves unico tantum dente præditæ erant, qui in βάλανον infigebatur ad eam extrahendam *Tibull*: *Seu reſerat fixo dente puella fores.*

Claves *Laconicæ* cum tribus erant dentibus. Ariſtophanes θεσμοφοριαζούσαις

—— —— οἱ γὰρ ἄνδρες ἤδη κλειδία
φέρουσι κρυπτὰ καὶ κακοηθέστατα
Λακώνικ' ἄττα τρεῖς ἔχοντα γομφίους

Quiritantur eo loco mulieres uſum Laconicarum clavium, quas viri tum geſtarent, multum ſibi & furtis ſuis incommodare. Cum enim antea ſolerent de facili cellaria & apothecas viris inſciis aperire, & inde quæ vellent depromere, hoc ſibi nunc non licere propter illas claves Laconicas, quæ fraudibus minus obnoxiæ eſſent quam ceteræ communes βαλανάγραι. Hæc & alia clavium genera recenſet cl. *Zimmerman. in Florileg. Philolog. pag. m.* 226. 227. Verum de his nobis non eſt ſermo, ſed de clavibus Siglis notatis.

§. II. *Lipſius Commentar. ad* 11. *Annal.* duas ex his inſeruit in Batavis erutas. Annulos ſignatorios eſſe putat cum adjun-



Digitized by Google

ſta clavi. Ergò ex ejus ſententia duplicem uſum præbuerunt illæ claves annuli ſignatorii & clavis. Quod non poteſt. Nullum in his ſigillum impreſſum ad ſignandum aptum. Meræ claves ſunt cum annulo, qualis & hodiè fieri ſolet in noſtris clavibus, quæ ſunt longiores ſcapo. Digiti inſerebantur & annuli ſigillatorii quo commodius verti poſſent intra clauſtrum. Scapum quippe non habent, quo teneri queant, quique ſit inſtar manubii. Excepto annulo totæ intra clauſtrum abſconſæ mergebantur. vid. *Zimmerman*. c. 1.

§. III. Ex his dictis intelligimus, Veteres claves habuiſſe, quibus annulus certis characteribus inſignitus, affixus fuerit, ad obſignandas res materiales illaſque cuſtodiendas. Ejuſmodi autem annuli fuêre claves, uti noſtrates, at loco longi manubrii tenebant annulum digito inſerendum. De hoc annuli genere *Plautus in Amphit. act. 2. ſc. 2.* ita:

*A. Enim vero præter alia miror maxime*
*Si habet hac pateram illam. S. An etiam id credis,*
*Quam in hac ciſtula tuo ſigno obſignata ferunt.*

i. e. annulo tuo. *Plinius lib. 33. c. 1.* nullos annulos & ſpeciatim hos ad claves rebus cuſtodiendis inventos, ait, extitiſſe tempeſtate *Homeri*, dum ſcribit: *Nec Iliacis temporibus illos fuiſſe annulos video: nuſquam certe Homerus dicit, quum & codicillis miſſitatos epiſtolarum gratia indicit; & conditas arcis veſtes, ac vaſa aurea argenteaque & ea colligata nodi, non annuli nota:* & mox. *Denique ut plurimum opum ſcelera annulis finit.* Quæ fuit illa priſcorum vita, qualis innocentia, in qua nihil ſignabatur? at nunc cibi quoque ac potus vindicantur annulo à rapina. — — — Aliter apud antiquos ſinguli Marcipores Luciporeſve dominorum gentiles omnem victum in promiſcuo habebant, nec ulla domi cuſtodia à domeſticis opus erat: nunc rapiendæ comparantur epulæ, pariterque qui rapiunt eas, & claves quoque ipſas ſignaſſe non eſt ſatis. De hoc annulo ad claves *Tacit. c. 9. annal.* deſcribens mores *Vononis Parthorum* Regis, quem locum Lipſius loco ante citato luculenter explicuit.

§. IV. Nihil aliud itaque per annulum ad claves intelligitur, quàm annulus ſigillatricius, qui habet CHARACTE-



Digitized by Google

RES vel Siglas, de quo *Vopiſcus in Aureliano:* Uxori & filiæ annulum ſigillatricium quaſi privatus inſtituit. Moris autem apud Romanos fuit, ut domi Supellex penuſque omnis eo ſignaretur, ne quid negligentia aut furto periret. Hujus annuli cura propriè ad Matres-familias pertinebat. Hinc in Pandectis Juris Tit. de Legat. *Pater pluribus filiis hæredibus inſtitutis moriens claves & annulum cuſtodiæ cauſa majori natu filiæ tradidit.* Signabant autem res non tantum pretioſas, verum etiam minimi momenti. Viliſſima utenſilium annulo clauſa. *Cornel. Tacit. Annal. l.* 11. memorat. Apud *Plautum* mater familias,

*Obſignate cellas, referte annulum ad me*
*Ego huc tranſeo in proximum ad meam vicinam*

& alibi ſervus, *Iſti parcipromi, qui ſalinum ſervis obſignant cum ſale.* Ab hoc more *Martial. lib.* IX. *epigr.*

*Septem poſt calices Opimiani*
*Denſo cum jaceam triente laſſus*
*Adfers neſcio quas mihi tabellas*
*Et dicis, modo liberum eſſe juſſi*
*Zenam, ſervulus eſt mihi paternus*
*Signa cras melius, Luperce, fiet:*
*Nunc ſignat meus annulus lagenam*

§. V. Priuſquam autem ad res ipſas, quæ annulis ad clavem ſignabantur, progrediamur, operæ pretium eſſe duximus in ipſorum Characteres & Siglas inquirere. Nullum itaque dubium, quin iiſdem Siglis notatæ fuerint, ac annuli Sigillatorii, quamvis interdum etiam Hieroglyphica inciſa, talem nobis exhibet in ſua Dactyliotheca *Gorlæus*, quem *Stuttgardiæ* in *Cimeliarchii* Bibliotheca inſpicere licuit, qui clavem exertam obtinet ad clavis radices onychinam, temone inter duas tritici ſpicas locato, ſignatam: indicio, triticum mari advectum in horreo cuſtodiendum. In cujus manubrio crux aſpicitur, quæ non ſalutare ſignum Chriſtianorum putamus, ſed priſcos illos indicare voluiſſe, manere crucis ſupplicium fures, qui ſignatum in horreo frumentum mari advectum manu furaci abſtuliſſent. Nec inficiandum Siglas quoque additas fuiſſe, vel pa-



Digitized by Google

patris vel matris familias nomen; unde cæteri judicare poſſent, hanc rem illibatam ſe velle.

§. VI. Et hoc ſigilli ſeu annuli ad claves genus antiquum valde eſt, uti conſtat non ſolùm ex iis, quæ referuntur ab Ariſtotele in Admirandis Auditionibus; ſed iis quoque quæ multo prius exarata fuerunt apud *Danielem cap.* VI. 17. *Allatus eſt lapis unus & poſitus eſt ſuper os laci, quem obſignavit Rex annulo ſuo, & annulo Optimatum ſuorum.* De conſimilibus annulis ad cuſtodiam loquitur *Evangeliſta Matth. cap.* XXVII. De Imperatorum imaginibus in annulis, item Litteris ſigniſque certis vid. *Urſin. lib.* 1. *Analect. Pinto Spicil. f.* 186. *Taubman. ad Amph. A.* 1. *S.* 1. *pag.* 33.

§. VII. Res autem quæ annulo ad clavem ſignabantur variæ erant, & quidem (i) *Gynæceum*, ubi virgines concluſæ ſervabantur ſub cuſtodia. Quoties igitur pater exibat hoc annulo fores ſignabat, & rediens inquirebat, an ſignum læſum nec ne, ſicut *Danaën* concluſam à patre legimus apud Euripidem, cujus hæc ſunt in *Danaë* verba, paulo poſt initium fragmenti:

Πατὴρ δ᾽ μιν κλήσας
Ἐν παρθενῶσι σφραγῖσι δέμας φυλάσσει

*Pater verò ipſam incluſam*
*In virginalibus conclavibus & ſigillis obſignatam ejus corpus cuſtodit.*

Videatur *M. Joh. Philippi Pfeiffer. Diſſert. Philolog. de cura Virgin. edit. Regiomont.* 1672. ibi quamplurima de hac materia legi poſſunt. Conf. *Joh. Kirchman. de annul. pag. m.* 84. *cap.* 10. *edit. Sleſvic.* Ex his conſtat certas Siglas annulo ad claves fuiſſe inciſas, e quarum læſione fraus facile dignoſci poſſet.

§. VIII. Deinde etiam penum univerſam obſignatam fuiſſe annulo hoc *Plin. lib.* 33. *c.* 1. teſtatur. conf. *Kirchman. de annul. c.* 10. *p.* 85. ſeq. & alii plures. Solebant autem Gynæceum & Supellectilem ſigillo & peſſulo obfirmare, imo tegere & occultare *concha*, fortean ne vel imprudentiam violarentur, vel alii in fraudem ſimilia ſculperent. Dicta illa concha CLAXENDIX. *Priſcian. lib.* V. Claxendix ſignificat concham, qua ſignum tegitur. conf. *Plaut. Vidular.* Nemo nobis

vitio

Digitized by Google

vitio verteret, ſi hoc loco annuli ſignatorii ad ſignandos ſacculos, mentionem faceremus. Verum de his abunde *Fortunatus Licetus lib. de annul. cap.* XVI. *pag.* 62. 63. egit, ergò Lectores illuc remittimus. Conferatur etiam *Kirchman.* loc. citato.

§. IX. Denique hîc lubet annectere SIGLAS annulorum infantum expoſitorum. De his *Terent. Heaut. act.* 4. *ſc.* 1. Hinc colligere licet, quod infantulis, cum exponerentur, annuli certis SIGLIS notati dati, vel in partem paternorum bonorum, vel in oportunam expoſitorum agnitionem, id quod fieri non potuiſſet, niſi per SIGLAS hoc fuiſſet indicatum. Teſtimonium hujus adfert *Heliodorus lib.* 8. & 10. in Æthiopicis, quod *Perſina* Regina Æthiopum filiam natam cum faſcia monilibus & gemmis, inter quas annulus erat pronubus à Rege dudum ſponſæ datus & SIGLIS ſeu literis quibuſdam pictus, expoſuerit, cujus indicio cognita *Chariclia* filia Regis, poſt multas ærumnas tandem dilecto Theageni nupſerit. Huc recenſere poſſumus annulos in ſepulcris poſitos ſimulque cum cadavere tumulatos, quorum meminit *citat. Licetus pag.* 243. his SIGLIS inſcriptorum ✠. D. I. A. ✠. D. I. Z. ✠. S. A. B. ✠. Z. ✠. H. G. F. ✠. B. F. R. S. ✠. Z. quæ ita explicari poſſunt. CRUX DOMINI JANVERSIUM ADJUTRIX. CRUX DESTRUE INSIDIAS ZABULI. CRUX SALVA ANIMAS BARDIORUM. CRUX ZELOTIS. CRUX HAVE GENTEM FOVE. CRUX BENEDICTA FUGA REBELLES SPIRITUS: CRUX ZELARE.

§. X. Ut etiam paucis agamus de SIGLIS SERARUM ordo requirit. Certum eſt olim Seras artificioſiſſime confectas fuiſſe, quæ clavibus aperiri non poterant, ſed certæ quædam literæ obſervandæ erant, quæ in unam vocem collectæ, efficiebant, ut Sera reſerari potuerit. Ejuſmodi ſeram poſſidemus ex ſeptem circulis ſeu annulis volubilibus conſtantem, ubi primus his literis ſignatus. L. P. S. B. I. alter literis caret. Tertius E. H. M. N. Q. T. Quartus. A. F. B. K. X. D. Quintus. R. P. O. Y. C. T. Sextus. ✠. C. V. P. S. 3. Septimus. I. C. 3. I. F. Hæ ſunt literæ Seræ, quæ non, niſi collecta voce ISRAEL aperiri poteſt. Et hæc ſufficiant.

CA-

Digitized by Google

# Caput XLV.

## De Siglis Cellarum.

§. I. Neminem latere putamus, quid cellæ hodienum ſint? nempe Repoſitoria vini & cereviſiæ vel etiam eſculentorum. de quibus fuſe egit *Panciroll. Tit.* xxv. *part.* 1. Guilielm. *Stuck. in antiquit. Convival. lib.* 2. *fol.* 181. *edit. Tigur. Lexic. Jurid. ex Briſſonio aliiſque collectum pag.* 199. His imponebantur in Doliis fictilitiis vina, ut incorrupta ſerventur. vid. *Zimmerman. Florileg. Phil. pag.* 306. *Henric. Salmuth. not. ad Panciroll. pag. m.* 81. *Flavius Vopiſcus in Aureliano* vocat *Docham* Dolium vinarium. *Adrianus Turnebus* in *Adverſar.* ſuis explanationi favere videtur, quæ legit *Doga lib.* 18. *c.* 19. Impreſſio Germanica habet *Docha*, non *Doga* quæ lectio magis accommodata ſenſui videtur: nam δόχαι Græcis, quæ capacitatis alicujus parata ſunt, & capacitates ipſæ vel menſuræ dictæ, quin imo δοχεῖον vas ſeu receptaculum ſignificat, ſi priorem ſignificationem ſequamur, & ſi *cuppoſa docha* conjunctim legamus, erit ſenſus, factam rationem capacitatis cupparum, quibus contineri poſſet vinum perceptum ex vitibus plantatis, juſſu *Aureliani*, & conſertis in locis illis prius incultis, ſicuti navium, quibus Romam veheretur & operum, quæ ad id munus neceſſaria eſſent, ut vinum populo Romano ſine pretio divideretur. Si autem vocem *Docha* à *Cupparum* dictione ſejungamus, DOCHAM interpretabimur DOLIA ſeu VASA alia GRANDIA in terram defodi ſolita, quibus vinum primum reconderetur.

§. II. In hunc finem DOLIA defodi ſolere *Ulpian.* innuit *in l. in inſtrumento* 8. cui adſentiens *Pomponius*, fundo legato etiam dolia infixa contineri ait *in l. cum fundus* 21. Recte infixa inædificataque cum ſint hæc veluti pars fundi & amoveri nequeant, ut recte annotavit *Accurſius*, & ex eo *Jacob. Menoch. lib.* 4. *præſ.* 154. *n.* 2, 3. Non quævis igitur dolia aut vaſa vinaria (quæ in cellis quidem defixa ſunt, non tamen ita, ut

ut ſolo ſuo aut lateribus fundo hæreant, ſed ut tota & integra erui inde poſſint) fundo legato continebantur; verum ea, quibus terra ita adgeſta eſt, vel quæ ita fundo adhærent, ut perpetuo ibi ſint, & ſine ruina ædificii avelli nequeant. His itaque Doliis contentum vinum DOLIARE *Ulpianus* appellat *in l.* 1. *§. ſi doliare ff. de peric. & comm. rei vendita.* Doliare ſic dictum ad differentiam diffuſi, quod non amplius in doliis, ſed in vaſis eſſe Proculus ait in *l. vinum.* 15. *ff. de trit. vin. & oleo legat.* Diffundi ſcil. vinum ex *Doliis* vel *cupis*, in *teſtas*, *cados* & *amphoras* ſolebat ad ætatem diuturniorem ſive venuſtatem, quæ vino maturitatem & ſuavitatem adfert; uti *Adrian. Turneb. lib.* 1. *adverſ. c.* 1. interpretatur. conf. *Marcell. Donati dilucidat. in Flav. Vopiſc. pag.* 1038.

§. III. Vini *doliarii* etiam meminit *Cicero in Bruto* inquiens: *Non igitur qui hoc ſentiat, ſi is potare velit, de Dolio ſibi hauriendum putet.* Et doliaris vini vendendi legem *Cato in lib. de re ruſtic. cap.* 148. exponit. Et *cap.* 147. Vinum doliare, vino pendenti opponit, h. e. uvis nondum vindemia collectis. Ita *Plaut. in Trinumm. Tum vinum priuſquam coactum eſt, pendet putridum.* Vini diffuſi verba facit *Horat. lib.* 1. *epiſt.* 4.

*Vina bibes iterum Tauro diffuſa*

Ubi *Dionyſ. Lambin. edit. Lugd.* 1561. *fol. m.* 307. annotat. *Diffuſa* è torculari vel lacu vel dolio in amphoras fuſa. *Juvenal. Satyr.* 5. Ipſe capillato diffuſum Conſule potat. Et rurſus *Horat. lib.* 2. *Sat.* 2. Et niſi mutatum parcit difundere vinum. Et *Cicer. lib.* 2. *de Finib.* Quibus vinum defuſum ſit pleno Oenophoro. Hujuſmodi quoque fuiſſe dictum *vinum de Cupa* conſtat ex *Cicer. in Piſon.* Hinc clare patet DOGAS ſeu DOCHAS dolia magna fuiſſe, in quibus vinum recenter vindemiarum colligeretur, *cupas* vero minora, in quibus depurgatum transfunderetur.

§. IV. Cum autem *Amphora*, *teſta*, & *vini cadi* varii fuerint & ipſi noſcerent, quale vinum; hinc amphoras, teſtas & cados gypſo iniebant, ne virtus vini evaneſceret, & Siglis ſignabant vaſa, quibus vinum erat reconditum. Unde etiam Proverbium, *de meliore nota:* de quo apud *Adrian. Turneb. adverſ. c.* 1. atque hinc interpretationem capit illud *Petronii Arbitr.*



Digitized by Google

*Elir.* ſtatim allatæ ſunt amphoræ vitreæ ac diligenter gypſatæ: quarum in cervicibus pittacia erant affixa cum hoc titulo: FALERNUM OPIMIANUM, ANNORUM CENTUM: videatur *Salmaſ. in not. ad Pancirol. pag. m.* 82.

§. V. Ex his patet, quod veteres Romani *Vini cados*, teſtas & *amphoras* in cellis condere notatas ſoliti fuerint. Conſtat hoc ex proverbio adducto, *de meliore nota*. Quare ut clarius explicetur hic locus & ſignificantius, non erit alienum exponere quid ſit commendare, & quid nota. Commendare autem idem valet interdum, quod probare; uti ex *Cicerone* & Horatio *lib.* 1. *ep.* 2. *ad Lollium* elucet. Jam verò NOTAM pro ſorte, aut conditione aut rerum genere ſumi obſcurum non eſt. Hinc enim loquendi formulæ: Ejuſdem notæ, primæ, aut ſecundæ notæ vina. De meliore nota vinum eſt, quod præ cæteris commendatur & bonum eſſe probatur. vid. *Martin. de Roa Singul. lib.* 1. *pag. m.* 54. 55. Solebant enim Romani vini cados quibuſdam SIGLIS & NOTIS ſignare, maximè verò aut patriæ vini nomine: ut ſi *Cæcubum* eſſet ex *Italia*, cujus vires ſalubritatemque indicat *Horatius Epodon.* IX. cui adſtipulatur *Plin. lib.* XIV. *cap.* VI. conf. *Eudov. Nonn. de re cibar. lib.* 14. *pag. m.* 460. SIGLA. C. doliis inſcribebatur; ſi *Falernum*, F. ſi *Rhenanum* R. ſi *Moſellanum*. MOS. ſi *Neccarinum* N. & ita ſæpe contingebat, ut dolia fere per Alphabethum ſignata SIGLIS fuerint; uti hodie quoque moris eſt

*V. A. Vinum Albanum.*
*V. N. ARV. Vinum Aroſianum.*
*V. B. Vinum Bacharachinum. Burgund.*
*V. C. Vinum Cæcubum,*
*V. G. Vinum Gallicum.*
*V. F. Vinum Francicum. Falern.*
*V. H. Vinum Hiſpanicum.*
*V. I. Vinum Italicum.*
*V. M. Vinum Marinum Maſſicum, Meracum, Melitites, Moravium. Moſellanum.*
*V. L. Vinum Lesbium.*
*V. O. Vinum Opimianum. Oligophorum.*
*V. S. Vinum Sabinum. Surrentinum.*
*V. R. Vinum Rhenanum.*
*V. T. Vinum Tyrolenſe.*
*Et ita in Principum cellis* SIGLÆ *à Cellariis benè obſervantur.*

§. VI.

§. VI. Non ſolum autem nomina Patriæ vini Doliis per SIGLAS inſcribebantur, ſed etiam tempus, quo ſcil. hoc vinum prolatum & conditum. Veteres plerumque CONSULIS nomen ſub quo vinum conditum inſcribebant, ut inde melius de ætate ejus conſtaret. Hanc conſuetudinem *Cicero in Bruto* indicat his verbis: Ut ſi quis vino Falerno delectetur, ſed eo nec ita novo, ut proximis COSS. natum velit, nec rurſus ita veteri, ut *Opimium* aut Anitium COS. quærat. Ex his dictis conſtat, Veteres duplices SIGLAS doliis ſeu *Cadis* inſcripſiſſe, quarum prior Patriam ſeu natale ſolum indicaverit; altera tempus ſub cujus Conſulis imperio conditum. Huc reſpexerunt *Horat. lib.* 2. *Od.* 3.

*Seu mæſtus omni tempore vixeris,*
*Seu te in remoto gramine per dies*
*Feſtos reclinatum bearis.*
*Interiore nota Falerni*

*Lib.* I. *Sat.* 10. de *Chii* ac *Falerni* conmiſtione: — ut *Chii Nota ſi commiſta Falerni eſt.* Audiamus *Martialem lib.* 7. *epigr.* LXXIX. canentem:

*Potavi modo Conſulare vinum*
*Quæris quam vetus atque liberale*
*Ipſo Conſule conditum: ſed ipſe*
*Qui ponebat, erat, Severe, Conſul*

Scribit potaſſe *Conſulare vinum* i. e. vetus & κατ' ἐξοχὴν *Opimianum* de quo *lib.* I. *epigr.* XXVII. ubi *Antiqui Opimi.* L. Opimio COS. A. U. C. DCXXXIII. ea cæli erat temperies, ut vini optimi ſumma proveniret copia, quod in annos CC. duraret. Hinc nullum erat vinum, quod ætate FALERNUM vinceret, præſertim quod *OPIMIO* COS. reconditum erat. *Petronius* enim in Satyrico, FALERNUM OPIMIANUM, annorum centum, in *Trimalcionis* convivium illatum ſcribit; *Plinius* vero *lib.* XIV. *c.* 4. illud in ducenteſimum annum duraſſe autor eſt. Ut autem veteres cognoſcerent ætatem; ita illam notam reddebant. Pendebat è vaſis Vinariis tabella, in qua vini ætas ſcripta erat, i. e. quo tempore, quibuſque CONSULIBUS conditum eſſet. Et hæc de SIGLIS Cellarum.

## Caput XLVII.

### *De Mercatorum & opificum* Siglis.

§. I. Mercatores quoque Siglis uti certiſſimum eſt. Et ſi illorum libros perluſtramus, certum eſt Libros Mercatorum ita inſcriptos eſſe debere; Hic liber eſt BARTHOLOMÆI THORMASII, & plerumque Siglis ita

 . vel  vel  i. e. David. Chriſtian Funck.

Quam neceſſaria itaque ſit Inſcriptio & quanti momenti ſit in Mercatura indicant Scripta à *Bart. & Bald. in l. ſi patruus. C. Comm. utrinſque judicii ſub num. 6. arg. l. Neſennius. D. de negot. geſt.* Sic ſumitur argumentum ex Inſcriptione ad Mercaturam communi nomine factam, ſi initio Codicis inſcriptum ſit: Hic liber eſt G: & B. i. e. *Georgii* & *Bartholomæi* fratrum, vel H. G. & C. M. F. i. e. *Henrich Guſtav.* & *Chriſtoph. Michael Fuhrmann.* conſortium.

§. II. Quod ad merces attinet, illas ſignant certis Siglis Alphabeticis majoribus & minoribus, uti Bibliopolæ ſolent, hoc modo A. a. BBc. D. m. DDb. quibus pretium, quo vendere poſſint libros, indicant. Sic etiam alii *Mercatores* certis Siglis merces *Ballas*, *Dolia* conſignant, uti illorum literæ, ad alios miſſæ teſtantur. Neceſſe itaque eſt, ut *Balla Marcha* ſeu *Merca* notentur, ex quo Signo Proprietarius cognoſcatur. Itaque ſæpiſſime literis illis addunt Siglas. N. P. L. M. D. Z. G. H. O. F. V. S. & quæ aliæ ſunt. Formulæ literarum hæ ſunt: Hiermit überſchicke ich demſelben durch Ludwig Bährn fuhrmann allhier einen Ballen mit nebenſtehenden Zeichen.

Digitized by Google

chen  vel P. I. 20. Pfund wiegend. vel I. S. N. 1. 2. 3. Pœna hinc illi digni, qui Signa mutant, & alterius SIGLAS ſuis inſcribunt mercibus.

§. III. SIGLAS quoque uſurpant Papyri fabricatores Germ. die Papiermacher. Hi papyro ſuo inſignia certa cum nomine per SIGLAS expreſſo induunt. Quidam aquilam, quidam Leonem, quidam aliud inſigne adhibent nomine addito, qui hujus artifex ſit. Imo ſeverum mandatum promulgatum, ne quis Chartarum fabricator alterius ſignum, quod papyro exprimere ſolet, uſurpet. Alii ſunt, qui Signo cornu poſtarum Poſt-horn utuntur. Ut autem probemus hanc noſtram opinionem, quæſumus, ut ſigna fabricatorum chartarum hujus regionis adſpiciantur, & veritas palam erit. Quot enim quis nomina habet, tot SIGLÆ extant. Eſto aliquis vocetur Samuel Stuſſ, SIGLÆ in charta hæ ſunt. S. ST. Ita H. H. M. denotat. Hanſſ Heinrich Müller. Sic etiam alii Opifices SIGLAS nominum rebus à ſe factis imprimunt, uti quotidiana experientia docet.

## CAPUT XLVIII.

### *De* SIGLA *iſta qua Judæi notantur & Literis Alphabeticis Monetæ Gallorum inciſis.*

§. I. Sat diu nobiſcum mente revolvimus, unde conſuetudo illa originem traxerit, qua Judæi tenentur geſtare SIGLAM O flavum ein gelb Ringlein oder O. uti Francofurti & aliis in locis, ubi Judæi morantur, moris eſt. Inter Inſignia merito numerantur hi circuli flavi die gelbe ringlein an den Röcken oder Kappen, welche ſie allenthalben unverborgen tragen ex Reformat. guter Policey Zu Augſpurg. Anno 1530. aufgerichtet. Rubr. von der Juden Kleidung. vid. *Petr. Denaiſ. de jur. Cam. tit. Judai* 150. *Arumn. diſcurſ.* 5. *ad Aur. Bull. c.* 9. *th.* 6. Latè *Henr. Kornmann. reſp. jur. de Jud. art.* 13. 14. & 15. ubi omnino vidend. *Mart. Mager. de Adv. armat. c.* 8. *n.* 277. *Joan. Mariana lib.* 21. *de reb. Hiſp. c.* 7. *pag.* 222. *col.* 1. 161.

rubro, croceove ſigno à cæteris diſtinguuntur: viri in pectore, in fronte fœminæ.

§. II. Quidam ſunt, qui dicunt & exiſtimant à Venetis originem proceſſiſſe, propterea, quod *Marq. de Suſanis tr. de Judais part. 1. c. 4. n. 2.* & *Hier. Megiſtr. lib. 1. deſcript. urbis Venet. cap.* 20. in hæc verba ſcribat: Im Jahr 1349. hat die Herrſchafft von Venedig eine Ordnung gemacht, daſſ keine Jüden über 15 tage ſich dürffen zu Venedig aufhalten, auch nichts auf Wucher leihen, ſondern muſten ein O. oder Ring, ſo groſſ als ein brodt auf der Bruſt tragen. Als nun hernacher nichts deſto weniger die Jüden allerley betrug brauchten, ſich unter die Chriſten miſchten, und ſchwartze Paret trugen; alſo befahl die Herrſchafft Anno 1436. damit ſie von den Chriſten möchten unterſchieden und erkandt werden, daſſ ſie ſollen in einer Inſel bey S. Hieron. als in einen beſondern Städtlein, beyſammen wohnen, ſie ſolten auch fürhin gelbe Paret und ein *gelbes* O. oder gelben Ring am Mantel tragen.

§. III. Verum ſi accuratius in rem inquirimus, affirmamus longe antiquiorem eum morem eſſe habendum, atque ab ipſis Judæis duxiſſe originem exiſtimandum. Hi enim cum *Alexandria* machinas ad nocendum Chriſtianis excogitare cæpiſſent, teſſeram hanc ſibi ipſis dediſſe, nimirum, ut quiſque *Annulum* ſive O ex cortice palmæ confectum geſtaret, & ita nocturnam contra Chriſtianos pugnam inſtituiſſe, referente *Socrate lib. 7. hiſt. Eccleſ. lib. 2. pag.* 482. & ita non ſine cauſa lex lata, ut Judæi flavo O ceu annulo diſtinguantur ab aliis.

§. IV. Similiter etiam ob hanc cauſam haud illepidam, quam ſeqq. verſibus ſuppreſſo Authoris nomine annotavit *Heidfeld. Ind. Sphing. cap. 26. pag.* 973.

*Cur ferat Hebræus VOCALEM pectore QUARTAM?*
*A multis quæri, Lector amice, ſolet*
*Addictum æternis ut ſe cruciatibus eſſe*
*Cogitet, hæc ſecum ſigna doloris habet*
*Aut quia pro nihilo numeris apponimus illam*
*Inter mortales ſe ſciat eſſe nihil.*
*Aut quia Judæis augentur fœnore nummi*
*Major ab hac numerus nam ſolet eſſe nota.*

De-

Digitized by Google

Delinquunt itaque Judæi ſi non deferunt illa ſigna, quibus ab aliis diſcernuntur, aperta & palam, non abſcondita vel viſu difficilia, quinimo & nocte talia ſigna ferre tenentur, aliàs puniuntur. Uti conſtitutiones jubent.

§. V. Ita non injucundum erit Literas in numiſmatibus Gallicis excuſas explicare, quæ non ſignificant, ut vulgò putatur, quod nummi iſti litera A ſignati, melioris conditionis eſſent ac alii. Sed Literæ hæc indicant locum ſeu civitatem, ubi nummi cuſi. Recenſet hoc liber Gallic. *les Bigarrures du Seigneur des Accords à Poitiors 1695. in 12.* A. *Pariſ.* B. *Rouen.* C. *Saint LO.* D. *Lyon.* E. *Tours.* F. *Angers.* G. *Poictiers.* H. *la Rochelle.* I. *Limoges.* K. *Bourdeaux.* L. *Bayonne.* M. *Tholouſe.* N. *Mompellier.* O. *Moulins.* P. *Dijon.* Q. *Chalon.* R. *Saint André.* S. *Troyes.* T. *Saincte Menehouſt.* V. *Thurin.* X. *Ville Franche.* Y. *Bourges.* Z. *Dauphine & Provence.* ȝ. *Bretaigne.* ✠ *Cans.*

## Caput XLIX.

### *De* Siglis & Notis *pecudum.*

§. I. Nunc ad bruta accedimus, & illorum Siglas perluſtremus. Non dicemus de notis ovibus aſtu à Jacobo impreſſis, ſed illis, quas homines Ovibus imprimunt. Neminem latet, quod oves certis Siglis notentur, præprimis iis in locis, ubi plures gregem alunt, ubi oves atro vel rubro colore tinguntur & nomina poſſeſſorum inſcribuntur per Siglas. v. g. Quidam civium eſſet, qui numerum aleret, ut igitur oves hæ ab aliis diſtinguantur, nomen ſuum ipſis imprimit, vel A. C. quod denotat ad Adolphum Caſparum, vel Abrahamum Chriſtophorum pertinere: Interdum tantum cognomen additur e. g. Dominus vocaretur *Funck*, tunc Sigla F. notarentur oves. Hinc *Feſtus* Signare pecora explicat Siglis notare, alibi: Dignorunt, Signa imponunt, uti fieri ſolet in pecoribus, ubi ſic Scaliger Gloſſar. *διαγνώμονες* lege *dignorunt*. Ita etiam *Nævius apud Priſcian. lib. 7.*

*Signare oportet frontem calda forcipe*

*Cal-*

*Calpunius. in Bucolicis.*

*Ingreſſurus ovi tua nomina.*

*Virgil.* 1. *Georg.*

*Aut pecori ſignum aut numeros impreſſit acervis*

*Et lib.* 3. *Georg.*

*Continuoque notas & nomina Gentis inurunt.*

§. II. Cum enim natus eſſet pullus, aut vitulus, confeſtim eum Siglis inuſtis ſignare & interſtinguere bubulcum oportebat: ut quos juvencos aut admiſſuræ, aut ſacrificiis aut aratris, aut plauſtris conſuefacere velit, in promptu habeat. vid. *Pontan. Ludovic. de la Cerd.* Comment. in h. l. Hinc forſan verbum DIGNORARE ortum. Dignorant ait *Feſtus*, ſigna imponunt, ut fieri ſolet in pecoribus. De *Equis Apulej. lib.* 2. *Metam. Virgil. lib.* 3. *Georg. v.* 79.

—— —— *illi ardua cervix*
*Argutumque caput, brevis alvus obeſaque terga:*
*Luxuriatque toris animoſum pectus; honeſti*
*Spadices glaucique; color deterrimus albis*
*Et gilvo*

Apud *Homer. Iliad.* ψ. *v.* 445. 455. Idomeneus Cretenſium Dux præ aliis equis oculos in eum vertit.

—— —— —— *Equum ſpadica colore*
*Integrum fronte excepta, quam parva notabat*
*Alba nota in formam revocantis cornua luna.*

§. III. Quod itaque Equi Siglis notati fuerint teſtatur *Anacreon. Equi ſolent*, inquit, *inuſtum coxis habere ſignum.* Meminit ejuſdem ritus ex *Arriano Titius l.* 7. *c.* 20. docens: Sibas Indorum gentem conſueviſſe *bubus* CLAVAE notam inurere in Herculis memoriam, qui illuc penetravit. Morem Siglas inurendi in equis agnoſcere videtur *Ariſtophanes*, qui in Nebulis COPPATIAM inde Equum nominat, de qua re poſtea: *Suidas* prope *Phaſidem* narrat equis ſolitam inuri *Phaſianam* avem: & *Siſyphum* quendam ſolitum Ungulis ſuorum animalium SINGULAS LITTERAS i. e. Siglas inſcribere. *Athenæus lib.* 11. ex *Ariſtoph.* ſcribit, equos, quibus Σ inſcriptum erat vocatos σαμφόρας. In confeſſo itaque eſt olim apud Græcos curioſiores Equis illis, qui SAMPHORÆ vocabantur Σ. impreſ-

Digitized by Google

preſſum, & quia hæc litera illis inuſta fuerat, eo ſunt nomine vocati, voce ipſa notæ hujuſmodi ſignum præ ſe ferente.

§. IV. Sunt & alii equi, qui vocantur ΚΑΠΠΑΤΙΑΙ, quibus K. Καππα inurebatur, ut referunt *Cælius Rhodigin.* & *Stephanus* ex *Euſtathio* & *Heſychio*, quos ſequitur *Samuel Bochart. in Hieroz. part. 1. fol. 129. edit. Francof.* aſſerens: quod Equi Coppaticæ & Samphoræ non alia de cauſa dicti ſint, quam propter Siglas K. vel Σ. impreſſas. Hujus veſtigia premit *Höpping. de jure inſign. fol. m. 717. edit. Norinberg.* Koppatiæ quibus K ſignum. Fuerunt, ait, apud *Pier. Val. lib. 42. hierogl. Rub.* de Σ & K. *pag. 313. col. 2. & ſeq.* Euſtath. qui K. literam nominarent, uti nunc Teutones plerique omnes Papa ſcribunt & Popa pronunciant. Ita *Dorienſes* Σ, Σαν dicebant. Ita uſus in omnibus animalibus obtinuit, in coxa aut alio loco inurere Signa, docente *Virgil. lib. 1. Georg.* Sic etiam per Signa impreſſa equis C. de *Fabricenſ. per hunc text. & l. 2. cum ſua Gloſſ. fin. C. de frum. Alex. Anton. Gomez. comm. ad L. Tauri 45. n. 77.*

§. V. Pace itaque virorum horum hæc dicta ſunto, qui falluntur, uti oſtendit *Scaliger* in not. Euſeb. ex Alphabeto Jonico vetere vel Phænicio, ubi poſt literam Π hæ notæ, non literæ ϡ Λ: *ἐπίσημον σάνπι* vel Σὰν πῖ vel *ἀντισίγμα πῖ* vel *ἐπίσημον ἐννεακόσια.* Hæc enim nota ϡ nongenta ſignificat, à qua equi quibus ea inuſta vocantur *σαμπόραι ϗ σαμφόραι*, quemadmodum & κοππατίαι, quibus Kophe ſeu Koppa inuſtum, non autem ΚΑΠΠΑΤΙΑΙ. Κοππα enim & Καππα valde differunt.

§. VI. Ab Equis non ad Aſinos ſed Boves tranſimus, de quibus *Virgil. lib. 3. Georg. v. 51. ſeqq.*

*—— —— optima torva*
*Forma bovis, cui turpe caput, cui plurima cervix*
*Et crurum tenus & mento palearia pendent.*
*Tum longo nullus lateri modus, omnia magna:*
*Pes etiam, & camuris hirta ſub cornibus aures.*
*Nec mihi diſpliceat maculis inſignis & albo:*
*Aut juga detrectans interdumque aſpera cornu*

*Et faciem tauro propior, quaque ardua tota*
*Et gradiens ima vertit veſtigia cauda.*

De Apide Scriptores referunt, quod Siglis ſeu notis inſignitus fuerit, de bove hoc videatur *Athanaſ. Kircherus & alii.* Verum hic colophonem laboribus noſtris de Siglis imponimus, gratias Deo Ter Optimo Maximo humillimas agentes, quod vires clementer largiri voluerit, ut tractatus ad finem fuerit perductus, cui laus & gloria in ſecula ſeculorum.

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google